¶Facit ipm sudare ipm in aere balnei vt vapores plurimi retẽti melí⁹ resoluãtur. Cõcedit tñ post ablutionẽ equalẽ cũ aqua calida ad bũectandũ ꝛ infrigidãdũ:ꝛ declinãte feb. dat parũ de cibo declinãte ad frigidũ ꝛ bũidũ aliq̃lr.nõ eñ opz ipsum tantũ infrigidare ꝛ bumectare q̃tuz patiẽs effi.ex vigilijs. Concedit exercitiũ tẽperatũ. nã licz bic p se calefaciat:p accidẽs tñ infrigidat vaporesresoluendo.prohibetur vinum quia somnũ inducit.

Ferk effi Amasius Amessi⁹ nimietate gaudij qõ illi subitus superuenit:interijsse.

¶De feb.effi.ex gaudio. Cap.xxi.

Quandoqz accidit ex gaudio feb.sicut illa que fit ex ira. Cuius signa sunt proxima signis eius que est ex ira;uiſi

ira:nisi quia forma oculi est forma gauden tis:non forma irascentis. est enim frequen tia in pulsu minor. Et cura eius ē proxima curationi eius que est ex ira.

¶Habet hoc capitulum tres partes.In prima po nit modum prouētus effimere.Secūdo signa. Ter tio curam ex gaudio.partes patent. Accidit enim febris effimera ex gaudio sicut febris effimera ex ira.s.ex motu spirituum ad extra.in quo motu in flāmantur:verū motus spirituū in gaudio fit ma gis paulatim.q̄propter nō ita intēdunt nisi fit ma gnū gaudiū ⁊ repētinū.ppterea frequentia in pul su est minor i effimerāte ex gaudio q̄ in effimerāte ex ira.¶Cura huius effi.est proxima cure effimere ex ira quātum ad secundam intentionem: q̄ est in frigidatio.⁊ quantum ad quartam q̄ est correctio accidentium. et quantum ad quintam que est de bitum regimen in sex rebus:nō est differentia :ni si quia regimen totum debet magis ad frigidum de clinare in irascente q̄ in gaudente .sed quantū ad primam intentionem que est remotio cause ē ma gna differentia quia in effimerante ex ira debem? irā lenire cum his que ibidem precepta sunt. ꝫ in effimerante ex gaudio debemus gaudium minue re:vt quia res illa qua tantum gaudet non est ita tuta sicut ipse credit ⁊ forte in futurum est sibi ma gnam tristitiam illatura:sicut persepe res humā ne cōsueuerūt. ¶De fe.effi.ex tiore. Cap.xxij.

Quandoq̄ accidit ex timore febris secundum semitam que accidit ex angustia.proportio namq̄ timo ris ad angustiam est proportio ire ad gau dium ex hoc q̄ motus timoris est ad inte riora:et ire ad exteriora :et fit subito et alio rum modorum fit gradatim. Cuius signa sunt proxima signis eius que fit ex āgustia nisi quia diuersitas in pulsu est vehemen tior: ⁊ forma oculi est forma territi.curatio ei? est prima curatiōi ei? q̄ fit ex angustia. ⁊ oportet vt securet̄ a timore ⁊ veniat̄ ad eū cum nūcijs gaudere facientibus et letificā tia sunt iuuatiua ei.

¶Habet hoc capitulum tres partes. Primo po nit modum prouentus effimere ex timore.secundo signa .tertio causam.partes patent .Dicit em̄ eā dem esse proportionem timoris ad angustiaz que est ire ad gaudium.motus enim spirituum et hu morum est in timore ad interiora:sed in ira est mo tus spirituum ad exteriora:et vterq̄ horum est ve hemens et repentinus.aliorum autem duorū mo tus fit gradatim:quare timentesaliquando incur runt fluxum ventris et vrine.xvij.probleu.probleu mate primo et secundo.motus etiā in timore ma gis diuersificat pulsum q̄motus spirituum in an gustia:nisi fit valde vehemens et repentinus.cete ris tamen paribus vehementius accidens est ti mor q̄ angustia: sicut ira q̄ gaudiū.habet autē an gustiatus formam tristis:sicut timens formam ter riti.Curatur sicut effimera ex augustia quantū ad secundam tertiam quartam et quintam intentio nem:sed quantum ad primam differunt.In angu stia enim oportet lenire dolorem:sed in timore le nire timorem.Propterea dicit Auicenna oportet vt securetur a timore ⁊ veniatur ad eum cum neces sarijs gaudere facientibus.letificātia autē vtriq̄ tuua tiua sunt.

¶De fe. effi. ex labore. Cap. xxiij.

Labor quandoq̄ peuenit ad sum mum in calefaciendo corpus et spiritum ita vt fiat febris nocēs operationibus.et est plurimi no cumenti:et grauitas ipsius super vitalem et animalem.

¶Hic agit de febribus effimeris pendentibus a dispositionibus corporeis.⁊ habet duas partes. In prima agit de effimeris pendentibus ab actio nib? ⁊ motib?:⁊ sibi contrarijs.In scōa ibi. (Opti latis).agit de fe. effi.pendentibus a dispositioni bus corporeis que non sunt actiones aut motus aut sibi contrarie. ¶Prima pars diuiditur in sex ꝫm q̄ sex facit capitula.dimisit tamen capitulum de febre effimera ex tranquillitate corporis .q? de illa egit in capitulo de effimera ex somno :et mer ito.quia somnus quieti similis vehementer existit secunda primi.¶Sed hoc primum capitulum de febre effimera ex labore habet tres partes in pri ma ponit modum prouentus effimere ex labore: in scōa signa.in tertia curam.partes patent.In p ma parte dicit;q̄ labor.s.corporeusquandoq̄ pro uenit ad summum.i.quia fit multum fortis ppter ipsius intentionem aut vtroq̄ modo .vnde calefit corpus et spiritus ex quorum calefactione fit fe bris effimera nocens operibus ⁊ est modus loquē di.vel aliter.nocens operibus maxime animali bus et vitalibus cum plurimum nocumenti sequē tis exercitium cadat supra spiritū vitalē ⁊ aīalē q? sunt instrumēta motus voluntarij. Signa.

¶Signa sunt anteceſſio laboris et addi tio calefactionis iuncturarum super alia. et tactus lassitudinis et siccitas corporis. et quādoq̄ accidit in fine eius humectatio si fuerit labor temperatus in eo. i. quando non est in eo exiccatiuum aut frigus prohi bens sudorem.si autem labor fuerit super fluus minoratur humectatio ⁊ sudor.⁊ quā doq̄ sequitur ipsum tussis ficca propter cō munitatem pulmonis.et quādoq̄ declina tio complexionis ē et pulsus eius paruus debilis.et quandoq̄ declinat ad duritiem: et vrina est citrina calida propter motū sub tilem et propter resolutionem.

¶Ponit octo signa.p̄mū est anteceſſio laboris tā dicti.Scōm additio calefactiōis iūcturarū super alia mēbra:q? magis laborāt iūcture i exercitio ce teris mēbris.Tertiū est tactus.i.perceptio lassitu dinis vlcerose apostemose extēſiue aut arefactiue: ꝫ stati ageṫ.Quartus est corpis siccitas pp būidi cōsumptionē.Quintū est humectatio corpis ⁊ su dor accns in fine.s.effi.⁊ hoc accidit si labor fuerit tēpatus.i.nō multū excessiuus būidū p̄ter moduꝫ sumēs.Et rq̄ñ nō est i eo.s.labore exiccatiuū.i.nō fuerit factus prope materiā exiccantē:sicut est are na:ignis:⁊ silia.⁊ q̄ñ nō fuerit frigus p̄hibēs sudo rē.ꝫ em̄ labor eēt supflu? aut fact? circa bmōi ma terias aut forte tp̄s frigoris minoras humectatio ⁊ sudor. Sextū est tussis ficca pp cōitatē pulmōis ppter vapores acutos ad ip̄m pueniētes aut ma lā cōplexionē calidā sine materia.Septimū signū est pulsus paruus debilis,ppter debilitatē vtutis et aliq̄ durus arteria exiccata. Octauuz est vrina

citrina calida ꝑ̄ motū. fit aūt citrina aut ꝑ̄ caliditatē̄ supfluā sine materia: aut ꝑ̄ mixtionē̄ pauce colere mote ꝓpter exercitium. Est aūt vrina subtilis ꝓpter resolutionē̄. multe eñ materie q̄ cō sueuerūt cū vrina permiscerī ꝓ forte exercitiū resoluūtur: vñ dato ꝙ vrina citrina ꝓpter colere mixtionē̄ fit grossior ꝙ̄ vrina aquosa: ista tamē̄ est subtilior ꝙ̄ tēpore sanitatis propter dictā causam.

Cura. Ca. xxiiij.

Gratio eorū̄ est trāquillitas ⁊ balneatio in tina: et inunctio fricādo proprie super iuncturas: et acceptio cibi boni chimi humectantis scōm quantitatē̄ qua digeratur de genere carnium pullorū̄: et edi: et piscū̄ paruorum. Et quoniā virtutes eorum sunt debiles: tūc non oportet vt confidant de se posse digere re: qō digerebant in dispositione sanitatis: immo minus illo: et ꝓpter hoc cibentur eis quorū̄ paucū̄ nutrit plurimū̄: sicut ea que diximus: ⁊ sicut vitelli ouorū̄ sorbiliū̄: ⁊ testiculi gallorū̄ sunt eis boni.

¶ Hec pars hz tres ptes. prīo ponit curā. In scōa ibi. (Quidā tñ.) remouet errorē̄ quorūdam. In tertia ibi. (Et oportet vt sumātur.) cōplet curam. In prima parte ponēs curā q̄ñq̄ vertit intētionē̄ suā cōtra causam p̄cipiēdo ociū̄ ⁊ trāquillitatē̄. q̄ñq̄ cōtra feb. ⁊ accidētia. s. corpis siccitatē̄: p̄cipiendo balneationē̄ in aqua calida dulci: ⁊ inungēdo iuncturas: quādoq̄ vertit intētionē̄ suā ad regimē̄ vite dādo eis cibū̄ boni chimi humectātis scōm q̄ titatem q̄ possit digerī. nō eñ tantū̄ possunt digere re quātuz tēpore sanitatis. Propterea oportet vt cibi dentur eis quorū̄ plurimū̄ nutrit pauca quātitas: sicut carnes pullorū̄: edorum: et vitelli ouorum: sorbilium: ⁊ testiculi gallorum.

¶ Quidam tamē̄ estimauerūt ꝙ opz vt patientiū̄ lassitudinē̄ regimē̄ plus subtilietur ꝙ̄ aliorum. Sed illud non est rectum.

¶ Remouet errorē̄ quorūdā dicentiū̄ ꝙ regimē̄ patientiū̄ lassitudinē̄ debet plus subtiliari ꝙ̄ regimē̄ aliorū̄: sed illud nō est rectū̄: idest nō est bene dictū̄ Coptose eñ debēt cibari: ⁊ etiā feb. intrīāte: ⁊ magis ꝙ̄ effimerātes ex multis aliis causis: ⁊ etiam ꝙ̄ febrientes putride.

**Contra** nā Gal. iij. de reg. sani. ponit ꝙ in lassitudine apostemosa valde diminuat cibus: sed talis pōt esse ex labore. ¶ Pro horū̄ ꝓcordia sciendū̄ ꝙ lassitudo est q̄druplex vlcerosa: apostemosa: extēsiua: et arefactiua. Lassitudo vlcerosa ē q̄ñ hō sentit fatigatiōnē̄ vlcerū̄ in superficie cutis: et etiā in musculis: ⁊ est multotiēs ac si sentiret pūctiones acuū̄ et ꝓuenit ex hūoribꝰ acutis subtilibꝰ ad illas ptes delatis. Sz apostemosa est q̄ñ hō sentit in cute ⁊ in lacertis tēsionē̄ ⁊ duritiē̄ cum grauitate quadā ⁊ interdū̄ rubore: ⁊ aliq̄li tumore: ⁊ prouenit ex multitudine hūorū̄ qui fluxerunt ad partes illas. Sed lassitudo extēsiua est illa in qua hō sentit se totū̄ etiā fractū̄: ⁊ fit ex hūoribus ad musculos delatis: q̄ tñ sunt bone substātie. Arefactiua aūt est q̄ñ hō sentit se arefactū̄ ⁊ cōsumptū̄: ⁊ est ꝓ hūidi nimiā resolutionē̄ siue seq̄tur exercitiū̄: aut quācunq̄ aliam cām. ¶ Iste autē quattuor spēs lassitudis duobꝰ modis ꝓueniunt. aut ab exercitio: aut a cāis corporeis: ⁊ be sunt ille de quibꝰ loquit̄ aphorismꝰ q̄ntus scōe ptīcule apho. Labores spōtanei narrāt morbos. ¶ Ad ꝓpositū si iste lassitudines fiāt a cā intrinseca opus est attenuare dietā cū ſm plurimū̄ mīnētur febrē̄ putridā futurā: ⁊ hoc intelligit Gal. iij. terapētice. Si autē sequātur exercitiū̄ est dieta minꝰ attenuāda: et hoc mō loquit̄ Auicēna in ꝓte pīti. ¶ Preterea in lassitudine aposa ⁊ vlcerosa opus est multū̄ attenuare dietā ⁊ hocvoluit Gal. Sz in extēsiua ⁊ arefactiua dieta dz esse grossior: et proprie in arefactiua: ⁊ sic intellexit Auicenna in parte presenti. Hippocrates. Galenus.

¶ Et oportet vt sumant de fructibus humidis: et sumant in potu vinū̄ plurime commixtiōis si fuerint assueti: aut iuleb: ⁊ aliud si nō fuerint cōsueti: et oportet vt eorū̄ inunctio sit plurima ꝙ̄ inunctio aliorū̄ cum oleo aliquo vt humectētur eorum mēbra ⁊ iuncture ex siccitate: et iterū̄ vt mollificet illud qō accidit eis de tensione. Et oleum violatum est de oleis melioribus eis. Et oportet vt cōmunicet inunctio eorū̄ corpori: ⁊ proprie capiti: et collo et spondilibus dorsi: et iuncturis oībus: et proprie post balneationem. Et oportet vt asternantur strata eorū̄ et aromatizentur indumenta eorum: ⁊ sedilia eorum: et si indigent iteratione balnei propter reliquias iterentur omnia que scripta sunt in capitulo suo.

¶ Cōplet curam cōcedēdo fructus humidos: sicut sunt pepones: pruna: sed maxime illos qui sunt minus apti putrere: bos aūt ꝓcedit ad humectandū̄ et infrigidandū̄. Sz cibaria de quibꝰ supra multi nutrimēti ad restaurandū̄ humidū̄ deperdituz. Et ꝓcedit vinū̄ plurime cōmixtiōis assuetis potare vinum. Multū̄ eñ infrigidat ⁊ humectat faciendo aquā secū̄ mixtā ad extrema corporis penetrare. Si vero nō fuerint vino assueti da iuleb frigidum ex aqua et zuccaro aut aquā ordei ⁊ similes potus licet Aliabbas cōcedat vinum limpbatum etiam non assuetis. Curat etiam inungendo corpora eorum: ⁊ proprie iuncturas que sunt exiccate cū oleo viola. et similibus cū quo debite calido debet inungi caput collum et spondiles dorsi et iuncture oēs. Sunt enim aut principia motus voluntarij: aut instrumenta. et proprie inungantur post balneum vt inunctio retineat aquā in poris que rediens ad frigiditatem naturalē̄ amplius infrigidat et humectat. Docet etiā applanare strata: idest lectos vt sint mollia in quibus bene quiescant: et docet aromatizare strata et sedilia cum rosis sandalis ⁊ similibus ad infrigidandū̄ et virtutē̄ confortandū̄ et si opus est reiterare balneū̄ reiteretur: et procedatur sicut dictum est in hoc capitulo. Aliabbatis de vino diluto opinio.

¶ De febre effime. ex euacuatiōe. Ca. xxv.

Quandoq̄ accidit ex cōmotione humorum post ventris solutionē̄ motus spirituū̄ superfluus et inflammans in ipso febrem propter multitudinem lassitudinis que sequitur ipsam Et quādoq̄ faciunt eam medicine solutiue propterea ꝙ calefaciunt et quādoq̄ sequitur flebotomiā. propterea ꝙ redire facit humiditatem vaporum et sanguinitatem eorum ad porositatem colericam.

¶ Hic agit

¶ Hic agit de febre effimera ex eũone. Et primo ponit modũ ꝓuẽt⁹ et⁹ assignãs quattuor cãs ꝙb⁹ eũo facit febrẽ effimerã. ¶ Prima.q; in eũone bumores cõmouẽtur.in quorũ cõmotiõe accidit motus spũs.et põter iflãmatio ipsorũ.sunt eñ spũs bumorib⁹ ꝑmixti. ¶ Secũa.q; ad eũonẽ sequit̃ alia qua spẽs lassitudinis de ꝙb⁹ supra.aut ꝓpter frequentẽ surrectionẽ ad assellã.aut q; bũores agitati ꝑ aliquã eũonẽ.s.ꝑ fluxũ vẽtris aut vomitũ:aut sanguis eũonẽ fluũt ad cutĩ ⁊ ad lacertos:⁊ sic inducũt aliquã spẽz lassitudis. ¶ Tertia cã q; medicine exoluẽtes aut fortiter vomitiue sũt cal'e apte corpus inflãmare. ¶ Quarta cã est.q; ſtomia aut eũo sanguis ꝑ aliũ modũ ducit ad inflãmationẽ ⁊ furiositatẽ colericã ꝓpte de corpib⁹ abũdãtib⁹ in col'a aut ĩ sanguĩe colerico. Et ad bãc inflãmationẽ seqtur aut effimera:aut ĩ bumorib⁹ inflãmatio ꝓꝑ quã euaporant absq; putredine. Et qñq; ẽt putrent.i.faciunt aliquam febrem putredinis.

¶ Curatio. Capitulum.xxvj.

Oportet vt subtilietur in retinẽdo vrinã per ea que sunt ordinata in capitulis suis:⁊ vt cibetur eger cum eo quod cõfortat plus ⁊ scõm quãtitatez qua digerat̃ de eis que infrigidant ⁊ humectãt:⁊ sint i eo põtica stiptica:⁊ ponant̃ sup̃ stomachũ emplastrũ:⁊ embroce cõfortãtia calefacta nõ tepefacta. Maz omne tepidum est mollificatiuũ ⁊ resoluit virtutẽ. Et de hac sũma est lana infusa in oleo nardino:aut oleo frigidiore eo aromatizato. Et exprimatur adeo dõec separẽt̃ ab ea ptes olei:⁊ ponant̃ super cor ⁊ epar ea'que infrigidãt.

¶ Dic ponens curam quãdoq; vertit intentionez ad causam.vnde docet retinere fluxuz ventris per ea que ordinata sunt i capitulis suis.s.scõo canone et.xv.tertii.Quandoq; vertit intentionem suam ad accidens maxime ad debilitatem virtutis sequentẽ euacuationẽ.Unde dat cibaria cõfortatiua ſm quãtitatẽ q̃ ꝓuenienter possit digeri q̃ cibaria ꝓpter febrem sint infrigidãtia et bumectãtia. et sint in eis aliqua põtica aut stiptica ad retinendum fluxũ . ponticoꝝ eñ actio magis ꝓfundat̃ q̃ stipticoꝝ et sunt frigidiora q̃ stiptica. Exemplum borum ciboꝝ est succus carniũ pulloꝝ : vel ꝓdicũ: vel ipsa caro cõtusa et ꝑmixta cũ pauco vino granatorũ aut citoniorũ. Exterius aũt sup̃ ventrem ⁊ stomachũ ponit emplastrũ etvnctiões:et embrocas stipticas ꝓfortãtes:actu calidas: nõ tepidas q; omne tepidũ est mollificatiuũ:et resolutivirtutem.bec aũt calida applicata sunt: sicut oleũ nardinũ.i.de spica.aut aliud oleũ frigidius. i. minus cal'm sicut oleũ masticinũ: qõ est minus cal'm nardino.vſ.de regi.sani.ca.pe. Et ꝑ boc intellige alia olea frida:ꝑcipue oleũ citonioꝝ:qõ ẽ ꝓꝑriũ.et sint bec olea aromatica cũ aliquib⁹ rebus boni odoris:sicut rosis siccis semine eaꝝ cũ gallia musca. ⁊ similib⁹. In quib⁹ oleis potest infundi filtruz: aut lana:aut stomacbo:aut ventri applicari . Sed cuz applicant̃ sint optime expressa donec non remaneat nisi virtus oleorum et non bumiditas oleaginea fluens.

**Sed contra** instat̃.quia tepida applicita stomacbo etvẽtri sunt conformia calori innato ipsum agentia.ergo non debent virtutẽ debilitare. ¶ In oppositũ est Auicen.bic et Gal'.viij.terapẽtice. ¶ Pro solutiõe bus dicendũ q; licet ea que tepida sunt ratiõe sue conformitatis quã babent cuz calore innato sint per se cõfortatiua caloris innati et spũum : tamẽ per accidens adiuuant fluxum dilatando meat⁹. Sed ea q̃ sunt actu notabiliter calida de per accidens sua acuitate retinẽt pungẽdo et stimulãdo. vnde virtus ꝓtrabit mẽbra ⁊ claudit meat⁹. Propterea Mesue docet retinere fluxum ventris a catbartico cũ approximatione oleoꝝ valde calidorum actu:et asperſione gallie muscate et similiuz aromaticorũ super ventrẽ. bec aũt maxime cõuenit in stomacbo ⁊ in intestinis: q̃ sunt mẽbra naturaliter frigida.vbi autẽ esset intẽtio sedare dolorem melius est vt applicita tepida babẽtia caliditatem cõformẽ caliditati innate . bec aũt q̃ applicatur debẽt esse expressa ne bumiditas ipsorũ actualiter plus noceat faciẽdo fluere quã virtus ipsorum potentialis constringendo. Galenus. Mesue.

¶ De febre effimera et dolore. Capitulum.xxvij.

Dolor qñq; calefacit spũm adeo donec inflammet̃ febris. Signa. dolor in capite:aut oculo:aut dẽte:aut iuncturis:aut extremitatib⁹:aut colica:aut emorroydibus:aut alijs doloribus furunculorum.

¶ Dabet bec pars tres partes . primo ponit modum ꝓuent⁹.scõo signa.tertio curã.partes patẽt. dolor aũt inflãmat spũs:q; natura intendẽs subuentre ꝓti dolẽti trãsmittit ad ea instrumẽta sua q̃ sunt sanguis et spũs : ex quoꝝ motu ⁊ vnione in loco dolente accidit ipsoꝝ inflãmatio. aut extremitatibus.i.dolor extremitatum.i.vnguis quemadmodum accidit in panaricio potest esse cã feb. effimere furũculorũ.i.adbemenul.de ꝙb⁹ Auicen. tertia.tiij.et sunt apata calida ad cupum tendentia que ſm plurimũ sunt exiture incipiendo.

¶ Cura eius que fit ex dolore. Capitulum.xxviij.

Tegatur dolor cũ eo qõ oportet in capitulo suo. deinde curetur cura eiꝰ que fit ex labore .Quod si timeatur ex potu vini motus doloris:nõ detur in potu.

¶ Uertit intentionẽ nunc ad causam sedando dolorem tripliciter.aut remouendo causam. aut cuz anodinis.aut tertio cum stupefacientibus : vt est apud Auicen.tiij.primi.cap.iij. aut regatur dolor cum eo quod est in cap. doloris cuiuscũq; mẽbri. Quãdoq; vertit intẽtionẽ ad febrem ⁊ ad accidentia cum dicit q; curatur cura eius que fit ex labore cum infrigidantibus et bumectantibus. Et si timent ex potu vini augmentum doloris:vt q; dolor esset in capite:aut in iũcturis dimittatur.licet potus vini frequenter iuuet sicut in dolore vẽtoso vel pendente a materia frigida: vt in colica q̃ fit vtroq; modo.

¶ De febre effimera ex sincopi. Capitulum.xxix.

Quandoq; accidit ei cui superuenit sincopis propter cõmotionez spũs diuersa calefactio ⁊ cõuertitur in febrem.⁊ quandoq; remouent de ea post ablationem timoris in sincopi reliquie.

¶Primo ponit modum prouẽtus essimere ex. sincopi. scõo signa. tertio curam. partes patent. accidit esñ essimera propter motum spirituũ ad cor et ipsorum vnionem in corde. quapropter superca/lefiunt. ideo fit diuersa corporis calefactio. in sincopi esñ cor calet et extrema sunt frigida. sed recedente sincopi caliditate sparsa exterius simul calet cor ⁊ extrema. ¶Et subdit ꝙ post ablationẽ timoris in sincopi remanent quandoꝯ reliquie febris. Si esñ fit vna sincopis remanet maior pars feb. post ipsam. Si vero sint plures sincopes: sicut quandoꝯ accidunt per cõmunitatez a stomacho aut matrice multe sincopes in vno aut duob⁹ die/bus remanet minor pars febris post sincopes illas siue post ablationem timoris de alia sincopi.

**Contra. sincopis** infrigidat ⁊ extinguit caliditatem. ergo nõ est cã febris. Dicẽduz ꝙ sincopis. ij. tertij est destructio maioris partis plurium virtutum sensibilis et motiue propter retractionẽ spiritus in corde propter causam mouentem ipsum interius: aut propter aggregationem spũs in corde vt non inueniat spiraculum. aut propter pauci tatem et subtilitatem ipsius vt non superfluat supra illum qui est in minera. destruitur esñ in sincopi virt⁹ sensibilis intrinseca ⁊ extrinseca. ⁊ destruitur virtus motiua mere volũtarie. sed non destruitur virtus motiua naturalis, s. cordis neꝯ mixta naturali et voluntario sicut pectoris. ¶Subdunt autem tres cause sincopis. s. aggregatio spiritus propter causam mouentẽ spñ interius que causa non est nisi nocumentũ cordis per essentiã aut cõmunitatem. scõa est propter causam prefocantez spũs in corde vt non inueniãt spiraculũ neꝯ pñt debite euentari. sicut exempli gratia. per motum multi sanguinis ad cor suffocantis spũs. ⁊ ex bis duabus causis possunt spũs inflammari. ⁊ sic fieri febris essimera. Sed ex tertia causa que est paucitas et subtilitas spũs nõ est apta contingere febris essime. ¶Sed ad rationem dicitur ꝙ licet sincopis infrigidet extrema calefacit tamẽ cor. vnde feb. est in corde: licet pro tunc non sit in extremis.

¶Signa.

¶Vicinitas sincopis ⁊ casus virtutis absꝯ signis febrium aliarum que non sunt ex febribus essimeris ⁊ pulsus in ea est diuersarum specierum: qñq; esñ cadit ⁊ destruitur quãdo vincit frigus. et qñq; fit velox ⁊ apparet cum dominatur caliditas ⁊ similatur pulsui patientium extenuationẽ exiccatiuam in duritie cum verminatione.

¶Sed que dicit i scõa parte quãtũ ad signa sunt manifesta. ¶Similatur pulsui patientiũ extenuationem exiccatiuam. i. tertiam speciẽ etbice in duritie. quia in sincopi pulsus fit durus propter infrigidationem: sed in tertia specie etbice propter exiccationẽ ⁊ vtrobiꝯ potest esse formicularis propter defectum virtutis. Et potest etiaz pulsus indurari humido consumpto propter sincopes frequentes.

¶De curatione Capitulum. xxx.

Cura eius est cura sincopis ⁊ dare cibos velocis digestiõis boni chimi de illis quos sciuisti: ⁊ si indigueris vt des ei in potu vinum fac: et non cures de fe/bre. Cum ergo liberatur ex sincopi remanet febris similis ei que est cuz extenuatione curetur cum eo qõ est in canone de infrigidatione et humectatione.

¶In cura vertit consideratione seu intentionez principaliter ad sincopim dando vinum et cibaria boni chimi. Sed recedente sincopi curẽtur cuz infrigidantibus et humectantibus sicut curatur etbica. ¶Sz nota ꝙ hec cura maxime cõuenit vbi fit necessarium spñ restaurare: sicut in tertia causa sincopis: ⁊ in hac non conuenit euacuatio: neꝯ diuersio: sed in alijs duabus causis: et forte euacuatio: et forte pauca spirituum restauratio cum vino et similibus. Sed in oĩbus conuenit egri excitatio ab actu sincopis cum vocibus altis: et cuz asperione faciei. motus autem et eleuatio corporis sincopicati: licet posset iuuare in duabus primis causis nullo modo conuenit in tertia. imo iaceat supinus: neꝯ eleuetur: neꝯ fricetur.

¶De febre essimera ex fame. Cap. xxxi.

Quandoꝯ acuunt vapores in corpore quando non inueniunt nutrimentum et generant febrem: ⁊ eius pulsus est debilis ⁊ paruus; ⁊ quandoꝯ declinat ad duritiem.

¶Curatio.

¶Cibatio quidem in febre est sicut ex sorbitionibus factis ex chist ordei cum oleribus: et post illas cum cibis bonis confortantibus: et balneetur: ⁊ effundatur super caput eius aqua plurima tepida: et sedeat in ea et humectetur corpus eius cum eis q̃ sunt sicut oleum violatum: et rosatum: ⁊ cucurbita.

¶Agens de febre essime. ex fame. primo ponit modum prouentus et signa. scõo curam. ¶Circa primam partem sciendum ꝙ cum cibus inter cetera cõmoda habeat temperare calorem ex fame vapores. i. spũs exacuuntur. i. inflammantur: quia a vaporibus cibalibus non debitum fomentum recipiunt non est tamen credendum ꝙ spiritus per vapores vere nutriunt. scõm quod quidam arbitrati sunt tenentes esse spiritus formaliter animatos sed solũ humectantur: refrigerantur: et fouentur. Pulsus debilis est et paru⁹ virtute deficiente sed est durus aliquando arteria exiccata ex defectu cibi. In cura vertit intentionem circa causam cibando: que cibatio statim a principio fieri debet et stante febre: sed cum cibis infrigidantibus et humectantibus: sicut est ptisana ordei et similia: que tamẽ non sint facile corruptibilia ne a stomacho inflammato corrumpãtur: sed in fine dẽtur cibi boni et multi nutrimenti infrigidantes et humectantes vt simul intendantur cause febr. et accidentibus. cetera manifesta sunt.

¶De febre essimera ex siti. Cap. xxxij.

Hec prima est ei que ẽ ex fame et dignior vt accidat ꝓpter defectuz ei⁹ quo sedatur: de aqua caliditas fortis in vaporibus.

¶Primo cõparat feb. ex essi. ex siti ad fe. essi. ex fame dicens: ꝙ

me dicens: ꝙ dignius est vt accidat feb. effi. ex siti quã ex fame. et ita frequentius debet accidere. ℑn siti enim est defectus frigidi et hu. et est apud Aristo. viij. probleumatum. probleumate. vij. Sed in fame in comparatione ad sitim est defectus calidi et sicci. Propterea dicit Auicen. propter defectũ eiꝰ de aq̃ quo sedat calitas fortis ī vaporibꝰ. Propterea sublato humido aqueo quod auferꝫ in siti: et non in fame ꝺz multo magis ꝓꝑ sitiz caliditas in vaporibus. i. in spiritibꝰ accendi q̃ ꝓpter famem. q̃ dicit in cura manifesta sunt.

¶ Cura.

¶ Dare in potu aquã frigidaz: et aquas fructuũ frigidorum: et proprie granatorũ: et humectare corpus cũ tina et si possibile est ei balneatio cum aqua frigida faciat.

¶ Et si possibile est ꝙ balneetur cũ aqua frigida fiat ad citiꝰ infrigidandũ et humectãdũ. timeꝫ tñ balneũ aq̃ frigide si sit extenuatũ ⁊ resolutũ ī aqs frigidis balneari: ne virtutes naturales debilitẽtur: et calor innatus extinguatur.

¶ De febre effimera ex opilatione. Cap. xxxiij.

Opilatiões fiũt in poris cutis ꝓpter spissitudinẽ eius et paucitatẽ ablutionis et multitudinẽ ciborũ ⁊ ꝓpter frigiditatẽ: et ꝓpter ablutionẽ cum aquis frigidis: stipticis: ⁊ ꝓpter aduſtionẽ solis et qñq̃ fit in vijs venarũ et meatibus eaꝝ: et orificijs ipsarũ et cursibus et vijs earũ.

¶ In hac parte agit de effi. a causis corpeis q̃ nõ sunt actiões aut motꝰ: neq̃ cõtraria eoꝝ. Et sunt quatuor species. s. febris. effi. ex opilatione intrinseca. effimera ex satietate nauseatiua. effimera ex apate. quarto effi. ex opilatione extrinseca. de q̃bꝰ q̃tuor aget in sequẽtibꝰ capitulis. ¶ Capitulum ꝑmũ de effi. ex opilatiõe intrinseca ꝺz tres ptes. ℑn ꝑma ponit species opilatiõis: modũ prouẽtꝰ et cãs opilatiõis. ℑn scõa signa. ℑn tertia curaz. partes patẽt. prima pars diuidit in q̃nq̃. ℑn prima ponit duas species opilationis. ℑn scõa ibi. (Et cum dicit.) innuit de qua specie opilationis vel opilatione in presenti locuturus sit. ℑn tertia ibi. (Nam plereq̃.) ponit modũ prouentꝰ febris ex opilatiõe. ℑn quarta ibi. (Et huiusmodi q̃dẽ) ponit causaz opilationis. ℑn quinta ibi. (Et hec quidẽ) ponit canones ꝯpletiuos hui⁹ doctrine.

Species due opilationis.

¶ ℑn ꝑma parte ponẽs duas species opilationis intendit ꝙ vna est opilatio extrinseca in poris cutis que pendet a quibꝫ causis. vna est strictura porum in creatione sua. scõa ẽ sordities q̃ est superfluitas quarte digõnis in poris ꝯgregata ꝓpter paucitatez ablutionis. tertia causa est multitudo hũorũ opilantiũ poros cutis ꝓpter multitudinẽ ciborũ. quarta est fritas extriseca aeris aut ablutio siue balneatio cuz aq̃s fridis ⁊ stipticis. q̃nta causa est ꝓpter aduſtionẽ solis inspissantis cutẽ

¶ Scõa opilatio fit in vijs venarũ ⁊ meatibꝰ eaꝝ et forte dixit vias quãtũ ad venas quas. meatus q̃tum ad magnas: et in orificijs ipsarũ venarũ q̃ sunt ipsarũ extremitates. et fit in cursibus et vijs. i. in poris ipsarum venarũ. ¶ Et qõ hic dicit de venis intelligit de ceteris meatibus intrinsecis.

¶ Et cũ dicitur febris effimera ex opilatione non innuitur nisi ad hanc speciem.

¶ ℑn hac scõa parte declarat ꝙ hic vult determinare de febre effimera ab opilatione intrinseca.

¶ Nam plerũq̃ accidit vt minoret resolutio ⁊ multiplicetur repletio et coartatio et priuetur respiratio et aggregeꝫ vapor plurimus et non resolutur: et tunc eueniet caliditas superflua.

¶ ℑn hac tertia pte ponit modũ ꝙuẽtꝰ feb. ex opilatione. ⁊ ꝓmo ī gñali. scõo ī spãli ibi (Et dũ pseuerat) ℑn ꝓma dicit ꝙ feb. effimera accidit q̃n minoraꝫ scilicet. i. eũo hũorũ manifesta: vel occulta. et mꝫltiplicaꝫ repletio et coartatio. i. repletio coartans et ꝓuaꝫ respiratio ita vt vapores nõ possint trãspirare: tũc aggregaꝫ vapor plurimus faciẽs euenire caliditatem superfluam.

¶ Et dum perseuerauerit eius inflammatio in debiliori ex corporibus qõ est spiritꝰ erit febris effimera. Cum ergo inflãmaꝫ in sanguine est species famosa sinoche quaz dicemus. et est illa que est de summa febrium hũoꝝ: et nõ est ꝓpter putredinẽ: imo est ꝓpter inflãmationẽ ⁊ ebulitionẽ. Qõ si pertranseat illud ad putredinẽ quã facit opilatio et priuatio respirationis permutatur ad febres putredinis.

¶ Oñdit in spãli modũ ꝙuẽtꝰ feb. dicẽs ꝙ si inflãmatio pseueret in debiliore ex corpibꝰ qõ est spũs q̃ magis tenuis substãtie erit feb. effi. Cũ aũt inflãmaꝫ in sanguine. est spẽs famosa feb. que dicitur sinocha: que est de summa feb. sine putredine s. per solam inflãmationem ⁊ ebulitionẽ. Si vero ꝓtinuata opilatione ⁊ priuatiõe respirationis accidat putredo: tũc ꝑmutatur ad feb. putredinis.

¶ Et huius quidẽ opilatio aut fit a multitudine humorũ et sanguinis: aut ex grossitudine eorum: aut ex viscositate eorũ: aut propter casum rei de causis opilationis in instrumẽto: nõ in cursu: immo sicut frigus constringẽs: aut aq̃a coartans: aut nascentia rei: aut aliud de illis: quarum te oportet rememorari.

Species tres opilationis.

¶ ℑn hac quarta parte innuit tres spẽs opilationis. prima est coartatoria: in qua cã opilãs est in via: et est multitudo humorũ grossities aut viscositas. scõa spẽs dicit attenuatoria: ⁊ cã opilãs in instrõ: nõ in cursu: sicut frigus ꝯstrigẽs: aut aliqñ aq̃a coartãs meatũ. tertia opilatio ꝺr carnosa: cuius cã ꝺr nascẽtia carnis de illis q̃ dicta sunt. secũda primi. ⁊. 14. tertij. sicut exempli gr̃a esset verruca: aut ablatio magne ptis cutis ꝓꝑ vlcera supficialia corrodẽtia: sicut q̃nq̃ accidit in supficie intrinseca matricis: aut ꝓpter cõbustionez ab igne.

¶ Sed forte aliq̃s instabit ꝙ nõ possit effi. ꝓuenire ab opilatione carnosa: cũ opilatio carnosa nõ possit remoueri ꝺz primuz. seq̃tur ergo ꝙ feb. effi. illa erit coeterna patiẽti. ¶ Ad hoc respõdeꝫ ꝙ si opilatio erit cã totalis effimere ex illa effi. erit trã sitꝰ in putridã q̃ forte erit coeterna patiẽti: qz morietur cum illa. Si autem illa opilatio non sit totalis causa effimere: poterit effimera remoueri remanente opilatione: vt manifestum est.

¶ Et hec quidem febribus effimeris parum permutatur ad ethicã: qñ corpus in ea est plurime materie.

¶In hac quinta parte Auic. ponit septē canones

Primus canon ¶Primus. hec feb. parū permutat ad etbicā: qm̄ corpus in ea ē plurime materie: quapropter multum resistit causis exiccantibus.

Et in hac febre iterum est sitis et inflāmatio: et adherentia caliditatis: et vrina media inter igneam.

Secundus. ¶Secundus canō. in hac feb. sunt accidentia que consueuerunt accidere in alijs feb. s. sitis inflammatio: adherētia calitatis. i. ptinuitatis: sicut continua ē opilatio. raro em̄ accidit: lz̄ habeat porismos: vt dr̄ q̄ sit integra quies inter porismū et porismū: et vrina ē media iter igneā. ¶Sed tu dices vbi est aliud extremū. ¶Dicūt quidā q̄ vult dicere inter igneā et rubeā: ita vt color fit partim citrinus et partim rubeus. Aliter ꝛ melius iter igneā. i. inter gradus citrinitatis: sicut multis efft. debilis calitatis: neq̄ intēse citrinitatis: sicut i colericis.

¶Et hec febris est difficilis ad cognoscēdum cuius similitudo est proxima similitudini febrium humorum.

Tertius. ¶Tertius canon. hec febris ē difficilis cognitionis: quia multum habet similitudinis cum putridis propter opilationem ꝛ multitudinē materie.

¶Et hec febris quandoq̄ remanet vsq̄ ad diem tertiū: et in eo qō est post ipsum si sunt opilatiōes plurime: fortes: et nō sunt inspissantes: ꝛ non sunt condēsantes de foris: et si sunt parue festinat eius eradicatio si non fuerit error.

Quartus. ¶Quartus canon. hec feb. quādoq̄ durat vsq̄ ad tertiū diē: et etiam post ipm̄ si opilatiōes fuerint fortes: sed nō in vltimo fortitudinis: q: tūc fieret trāsit? in putridā: et nō fuerint inspissantes: neq̄ cōdensantes de foris. i. nō fuerint in poris: q: iste sunt leues in ꝓpatiōe ad opilatiōes intrinsecas q̄ si opilationes sunt parue cito eradicantur: nisi accidat error.

¶Et hec febris iter febres effimeras qn̄q̄ accidit et redit propter fixionē opilationis que est causa quare fiunt ei paroxismi.

Quintus. ¶Quintus canō. hec feb. inter effi. qn̄q̄ accidit ꝛ redit. i. bz̄ paroxismos siue exacerbatiōes ꝓpter fixionē opilatiōis: q̄ est cā quare ei fiant paroxismi.

**Dubitatur** pro declaratiōe huius partis vtrū fe. effimera fit paroxismalis siue ptodica. Arguit̄ q̄ nō. pmo feb. effi. est facta: ergo nō est ptodica. tenet ꝓna. ꝛ assumptū ē Gal. viij. terapētice. ¶Scōo. si aliq̄ effi. esset periodica maxime esset effi. ex opilatiōe: sed hec nō ē ptodica. ergo nulla alia. assumptū probat̄: q: opilatio fixa debet facere feb. fixam et non periodicam: cū causa ꝛ effectus debeant proportionari.

**In oppositum** est Auic. in parte p̄senti in cap. sequēti de effi. ex nauseatiua satietate. vbi dicit q̄ bz̄ quatuor ptodos vsq̄ ad septimū. ¶Scōo ꝓ hac parte sunt rationes. potest em̄ effimerans ex sole iterum ad solem redire: et sic fiet nouus porismus.

¶Tertio spūs inflammatus faciens effi. potest inflammare aliū siue genitū siue de nouo producendū qui inflammatus faciet scōm paroxismū.

¶Quarto reperitur tertiana vnius paroxismi q̄ est ptodica. ergo etiā effimera vnius porismi potest esse periodica.

¶Quinto quecunq̄ cause faciunt putridā esse ptodicā p̄nt in effimera reperiri: et q̄ causa cōiuncta vnius effimere disponit cām cōiunctā scōe effimere: et sic de alijs causis que in putridis reperiunt̄. ergo effimera poterit periodica esse sicut et putrida.

**Pro solutione** huius q̄stionis premittēda ē hec distinctio q̄ periodicatio accipitur dupl̄r. cōiter et ꝓprie. Cōmuniter sumpta est discretiue reditus febrium similis p̄me ꝓpter causam corpoream p̄me disponētē ad scōam. voco aūt febrē similem p̄me in ea dē denominatione specifica. Periodicatio autē ꝓprie sumpta est reditus febris similis p̄me ꝓpter cām cōiunctā p̄me disponentē ad cām cōiunctā secūde et attrahentes ipsam ad locum determinatum vbi prima causa fecit p̄mā febrem. et hoc ꝓpter vestigiū ex p̄ma causa derelictū i loco illo. ¶Hac distinctione p̄missa sit hec prima cōclusio. nulla. feb. etbica est periodica. probat̄. q: nulla feb. etbica habet cām a qua dependet speciali dependentia. ¶Scōa cōcio. feb. effi. tam vera quā nō vera ē periodica. p̄ma pars ꝓbat̄. Mā aliquo efficiente ex sole potest causa cōiūcta illius effimere. s. spūs inflāmatus a sole disponere alium spūm ad inflāmationē. vnde cessante p̄ma effimera redibit secunda similis p̄me ꝓpter cām corpoream. q̄re hec effimera vera est periodica. Istud tamen est rarissimum q̄ vnus spūs inflāmatus absq̄ alia causa corporea alium spūm disponat ad inflāmationes taliter vt scōam faciat effimeram. scōa vero pars probatur. opilatio em̄ remanēs fixa iuxta textus est causa inflammationis spūs prohibita euētatione quo spū resoluto et cessante effimera tādes opilatio fixa erit causa inflāmationis alioꝝ spirituū venientiū ad eadē loca opilata. et sic vsq̄ ad plures porismos donec opilatio remoueat̄ aut effimera trāseat in putridā. hoc aūt manifestum est in effimera ex nauseatiua satietate. potest em̄ vnus cbilus corruptus facies effimeram disponere ad alīū cbilum corruptū facturū scōam effimeram: et sic abibit ſm Auic̄. quandoq̄ a quatuor porismis vsq̄ ad septimū. Item apa intrinsecus inflāmans spūm ꝛ facies effimerā spū illo inflammato resoluto. et sic p̄ma effimera cessante potest inflāmare nouū spūm et nouā facere effimeram. et sic non est incōuenies in vno bubone in pluribus diebus plures accidere effimeras. Et ex hac cōclusione seq̄tur q̄ ptodicatiōe cōiter sumpta: potest etiā putrida esse ptodica. ¶Tertia cōclusio. accipiendo ptodicationē ꝓprie sola feb. putrida est ptodica. Et ꝓbat̄ ꝛcio. Mā cā cōiūcta p̄mi porismi disponit cām cōiūctā scōi porismi et attrahit ipsam ad locū illū in quo p̄ma cā cōiūcta putrēs fecit porismū. ꝛ hoc ꝓp vestigiū derelictū a p̄ma cā putrēte siue illō vestigiū fit cinericiū: qō est terminus putrefactiōis siue malaꝓpo i loco derelicta nihil aūt tale pōt cōuenire effimere q: cā cōiūcta effimere nō pōt trahere cāz scōaz cōiūctā ad locū determinatū ꝓp vestigiū derelictū: cū spūs sit substātia tenuissima nihil tale potēs reliq̄re post sui putredinē aut inflāmationes. ¶Quarta ꝛcio tertiana vni? porismi: lz̄ nō fit ptodica actu: est tn̄ ptodica aptitudine. Causa. n. cōiūcta illi? porismi est apta attrahere nouā materiā ad locū in quo putret ꝓp vestigiū derelictū: nō aūt attrahit. q: defecit materia. nihil em̄ remānsit subforma cāe antecedētis supra illā q̄ fecit illū paroxismū. ¶Et ex dictis in p̄senti questione et parti ex dictis supra pōt facile rñsio patere ad rōnes factas in principio questionis tā añ oppositū q̄ post oppositum.

Et hec quidem

¶Et hec quidē febris permutatur ad frigus ⁊ horripilationem et significat ꝙ ipa sit putrida.

¶Sextus canon.hec feb.multotiēs permutaꝫ ad frigus et horripilationē.supplere et rigorez:et significat ꝙ sit putrida . Effimere eñ non sunt cuz tipo notabili.et hoc signuz manifestum est si priꝰ precedat feb.et postea sequitur tipus.

¶Et cum illa que est ex opilatione facit accidere dolorem post flebotomiam in latere sinistro nō est excusatio iterationis flebotomie:precipue cum sedatur feb. et perseuerat dolor.

¶Septimus canon.cum feb.effi.ex opilatiōe facit accidere dolorem in aliqua parte corpis post flōmiā in latere finistro.i.ex basilica finistra non ē excusatio iterationis flōmie precipue cū sedatur feb.et perseuerat dolor.est eñ sedata feb. p remotionē repletionis vaporose per flōmiā basilice finistre maxime ad hoc cōferētis:vt est apō Auicē. ij.tertij.cap.de curationibus generalibus cōplexionum malarum cordis:sed dolor pseuerat post flōmiā.qz sanguis agitatus et nō sufficiēter eductus per primā flōmiā icipit aliqō mēbrū apare ꝓpterea necessariū est flōmiā iterare. ¶Scōa expositio est vt textus sic ordineꝫ cum feb.effi.ex opilatiōe facit accidere dolorē in pte corpis finistra post flōmiā factā in aliqua parte corporis est necessarium vt reitereꝫ flōmia:pcipue cū se.sedaꝫ: ⁊ pseuerat dolor.est eñ signū dolorē illum non seq̄ febrē:sed potius agitationem alicuius humoris meꝫici in latere finistro incipientis partē finistrā apare.quapropter ē necessaria reiteratio flōmie.

¶Sed ex qua parte⁊ qua vena debeat fieri flebotomia:et quātum sanguinis sit hauriendū tuo relinquitur iudicio estimatiuo.

## ¶Signa.

¶Quādoq; accidit febris effimera nō est a causa primitiua ⁊ est longe declinatiōis: tunc estima ꝙ ipsa est opilatio:et ꝓprie qñ declinat sine euacuatione cū hūectatione.

¶Hic ponit signa.⁊ prīo dātia notitiā estiatiuā. scōo magis certā ibi.(Et vificaꝫ) Signa aūt prima sunt tria. Primū nō fieri a cā primitia.sz hoc signū lz excludat effimeras vas:ē tñ cōe oīb⁹ effimeris pēdētib⁹ a cā corpea.¶Scōm signū.ē.ꝙ est lōge declinatiōis. ⁊ hoc ē cōe plib⁹ pēdētib⁹ a cā corpea.¶Tertiuz magis ꝓprū precedētib⁹ est qñ decliat sine euōne.i.sine sudore siki nāli. nā cetere effimere sūt magis apte teriari cū sudore siki nāli ꝙ pēdēs ex opilatōe. ē eñ opilatio tā intriseca ꝙ extriseca mltū apta ipedire sudorē: nisi forte effimera pēdēs ab euacuatōe: ē eñ parū apta terminari ꝑ sudorē: sed illa facile ꝑ cām suā cognoscit.

¶Et verificant estimationē tuaz signa repletionis:et in corporibus plurimi sanguinis et generātibus eū:aut grossorū hūorū viscosoruz:et dīa quidē inter ea ambo est qñ si opilationes in eis sunt ꝓpter grossitudinem hūmorū et viscositatē eorū significant ea signa nota eis:et nō est illic inflāmatio corporis et rubedo et extensio et ad summū signa multitudinis. Et illis in q̄b⁹ causa est repletio sunt signa repletionis.ex rubedine faciei exuberatione venarū et inflatione et tensione et alia apparentia. Et si superfluūt opilationes pulsus est paruꝰ et si non superfluunt:non oportet vt minoretur pulsus.

¶Ponit signum magis certum:⁊ est pītia opilationis cognita per signa sua siue opilatio fiat a multitudine:siue ab humore grosso et viscoso.

¶Signa autem opilationis sunt extensio et grauitas in loco opilato precipue.si locus ille fuerit transitus multarum materierum sicut epar i quo plerumq; ꝓpter opilationem est maior grauitas ꝙ in apate eiꝰ.scōa pmi.in cap. de signis opilationum.Opilationes quoq; in venis habentes habent colorem citrinum:aut saltem non bonuz. qm̄.sanguis per foramina sua ad cutis superficiē non accedit.¶Signa autem ꝙ opilatio fit a multitudine sanguinis est membroꝝ grauitas: in motibus pigritia:facies rubedo: venaꝝ inflatio ⁊ tēsio:plenitudo pulsus.licet aliquādo ꝓpter nimiā plenitudinē suffocantem appareat paruus iuxta textum:et habent somnia que grauitatem protendunt:vt somniare se mouere non posse: sicut econtra.somniare se volare significat humores subtiles in quātitate tēperata.¶Signa autē opilationis ab humore grosso et viscoso ē calor malus tēdens in plumbeū:pigritia ad motꝰ: albedo vrine extrema somnus multus et ociositas: membrorū lassitas et pigritia:pulsus paruus precipue opilatione superfluente.

Signa opsilationū plurima.

## ¶De cura.

¶Cum causa est multitudo hūorū et repletio:tūc oportet vt in principio propes ad flōmiā et euōnē:et vt flōmes eum cū iaz non febrit:tunc est melius. Et quando febrit si non fuerit necessitas : tunc statio est magis conueniēs.flōmia eñ facit hūores currere et permiscet inter eos. Si aūt non fuerit excusatio:tunc nō oportet vt postponatur et tardeꝫ flōmia et euō : deinde fiat occupatio in eis que aperiūt opilationes et mūdificāt meatus. Et non ꝓperes ante euacuationē ad mūdificandos meatus et apertionē.illud fortasse fit causa ad attrahendū hūmores subito ad quosdā meatꝰ et inuiscandū in eis : et illud est res in qua sunt errores plurimi ⁊ fortasse addit i opilationib⁹ si fuerint grossi ⁊ ꝓprie si meatus in creatione sua fuerint stricti.

¶Hic ponens curam.primo ponit curam magis conuenientem in principio.scōo conuenientez in processu.scōa ibi.(Deinde oportet.) Prima in tres.nam in prima parte curat effimeram pendētem ab opilatione ꝓpter multitudiuem materie.in scōa ibi.(Et si non sentis.)curat effimeram pendentem ab opilatione ꝓpter grossitiem et viscositatez hūoꝝ.in tertia ibi.(Et cibus sit.) ponit cibos conuenientes in curatione huiusmodi effimere.prima in duas . nam in prima curat per euacuationem.in scōa per apertionem ibi. (Deinde fiat in eis occupatio.) In pma dicit ꝙ si fuerit multitudo hūoꝝ et repletio.i.mltitudo replēs sicut qñ est sanguis ꝑter modū exuberās tūc fiat flōmia ⁊ euō.sed euō dz eē cū clisterib⁹: ⁊ cū bis q̄

sanguinē mundificāt. Aliter ꝛ si fuerit multitudo būoꝝ. s. aliorū a sanguine: et repletio quātum ad sanguinē: fiat flōmia propter sanguinē: ꝛ euō p̄ pria aliox bumorum electiua ꝑm ipsox exigētiā. Et bec flōmia dz fieri cum nō febrit siue fiat ante icboationē siue postꝙ declinauerit prim⁹ porismus. flōmia eī agitat būores: et per corpus siue refacit: et miscet bonum cum malo. boc aūt plus fit p̄ñte febre. Et de boc est canon inferius in ca. de cura generali febriū. vbi dicit. et non moueas in die porismi. bec aūt intelligunt in cura regulari. coacte eī quādoꝙ opz parare ad flōmiam et alias euacuationes in feb. timendo suffocationē: aut raptū materie ad aliqō membrum nobile: aut forte in ruptura vene et alia similia nocumenta.

Deinde oportet vt demus aperiētia et mundificantia meatus opilatos. sed nullo pacto bec aperientia debent exbiberi ante euacuationē. illō eī esset causa attrabēdi multos būores ad meatus illos ꝛ ad inuiscandū multos būores ī illis meatibus. ꝓpter quā rem multi sequerētur errores. i. nocumenta vt quia augerent opilationes: ꝛ pro/prie bumoribus existentibus grossis ꝛ meatibus strictis in creatione sua. et forte fieret transit⁹ effimere in putridam.

¶ Eū flōmia iterū et euacuatio quādoꝙ educant superfluitates viscosas fumosas facientes coartatione sua ḧanc febrem et prohibeant vt permutetur ad putredinez et proprie cum ad vltimū facis eam peruenire: et facis approximare sincopi.

¶ Ponit secundā. quare est incboandū a flōmia ꝛ euacuatiōe. quia butusmodi euacuationes qñꝙ sufficiunt absq; exbibitione aliox apparentiū ad curationē opilatiōis ꝛ febris inde sequentis siue fit effimera siue sinocba. et ꝓbibēt transitū in putridam. q: propter butusmodi euacuationem educuntur materie opilātes: ꝛ superfluitates fumose. i. que vaporant absq; putredine: que' coartate: ꝛ nō potētes transpirare ꝓpter opilationē sunt causse effimere. et forte sinocbe sine putredie: et propie quando existente multa repletione sanguinis facis flōmiam vsq; ad sincopim exclusiue: sicut inferius dicetur in sinocba. et bec sunt dicta Gal. ix. terapentice.

¶ Et si nō sentis multitudinem ḧumorū: immo sentis opilationes: et q ipse sunt accidētes a grossitudine eorum ꝛ viscositate ipsorum: tūc fortasse nō indiges flōmia superflua et euacuatione superflua: imo indiges apertione.

¶ Hic ponit curā effime. pendētis ab opilatione ꝓpter bumores grossos ꝛ viscosos: et ptz. ¶ Sed bic nota q si būores fuerint a sanguine separati sola idigem⁹ ipsox euacuatiōe: et aliqñ incipim⁹ a flōmia sanguinem ꝛ bis bumoribus equato pro/portionabiliter: aut ipso dominante. Si ḧo sit ecō tra ab euacuatiōe incipe debemus: ꝛ raro in butusmodi casib⁹ oportet butusmodi euacuatiōes esse valde copiosas: nisi forte materia optime digesta: aut ipa repete ad aliquod membrū nobile.

¶ Et aptio quidē est cū abstergētibus ex medicinis et cibis: et ꝓptera q egritudo est febris nō est possibile vt redeas in aperiēdo ad abstergentia cala: immo ad illa q̄ sunt inter sirupū acetosum purū vsq; ad illum qui est cum seminib⁹: et aquā endiuie vsq; ad aquam feniculi.

¶ Hic ponit q post euacuationē tā dictā est aperiēdū cū abstergētib⁹ tā ex cibis q̄ ex medicinis: sz ꝓpter feb. debēt eē remisse cala sicut cū sirupo acetoso. suppleatis iclusiue: siue mellinū: siue zucharū vsq; ad sirupū acetosū ꝯpositū ex seminib⁹ in quo etiā sint radices apientes: et ab aq̄ endiuie vsq; ad aquā feniculi inclusiue. ¶ Circa quā partem nota q medicine deseruientes apertioni opilationū sunt q̄ntuplices: subtiliatiue: abstersiue: incisiue: lauatiue: et apitiue. ¶ Subtiliatiua autē medicina ē cui⁹ ꝓprietas est vt faciat būoris substantiā subtiliorē cuz calitate tpata: sicut ysopus alasse et camomilla. ¶ Abstersiua aūtē cui⁹ ꝓprietas est vt remoneat bumiditates viscosas et congelatas ab orificijs meatuū siue poroꝝ qui sunt in mēbri superficie: ita vt longet eas ab eis: sicut aq̄ mellis: et q̄ ex melle fiunt. quapropter ois medicina abstersiua est corpis solutiua: licet nō ꝓpter proprietatē occultā: et oē amarū est absterssiuum. ¶ Incisiua vero est cuius proprietas est vt subtilitate sua penetret inter duas superficies. s. būoris viscosi: et superficiē mēbri: in qua est viscatus et remouet ipsum ab ea: et cū boc etiā diuidit ipm bumorē in partes: licet nō faciat substantiam suam subtiliorem: sicut sinapi et oximel. incisiua eī ꝓprie opponitur viscoso. subtiliatiua autem grosso ꝛ spisso. ¶ Lauatiua autē est cuius proprietas vt mundificet meatus cuz bumiditate sua quam adiuuat motus. nā currēs subtile cū transit super orificia: et p meatus suo cursu remouet superfluitates: sicut aqua ordei: et aqua cucurbite. ¶ Aperitiua ḧo medicina ē cui⁹ ꝓprietas ē vt moueat materiā existentē in concauitate meatuū ad exteriora et remanere cōcauitatem meatuum apertam efficit boc subtilitate sua: sicut petrosillum: aut q: subtilis est et incisiua: aut q: subtilis est ꝛ lauatiua: aut q: subtilis et absterssiua: et omne acutum apertiuum est. Et melius est in apertione opilationum vt incboes ab abstergētibus et incisiuis. deinde procedas ad subtiliantia et aperientia: et omnia sint liquida et fluxibilia.

¶ Et cib⁹ sit ille in quo est ablutio: et non in quo est viscositas sicut cḧist ordei. Et zucharū cū ḧoc q ipsum est ꝓpinquū cibo ē in ipso aptio et absterssio. non est ergo malum si misceatur cum cḧist ordei.

¶ Ponit quales debēt esse cibi. et patet. Ḧist. ordei id est ptisana ordeacea.

¶ Demū opz vt cōsideres cū eūaueris: si necessaria fuerit euō eius ꝛ appuerit: sicut diximus an minuaṫ febris et deficiat: et an si porismos ḧuerit frāgaṫ et debiliteṫ porismus ei⁹ scōs a prio. Et cōsidera vrinā: ꝛ si inuenis eam non priuatā digestione: ꝛ in pulsu et si inuenis eam nō significare putredinem procedes scōm ḧoc regimē. Et intromitte egrum in die tertio post porismum in balneū ḧora mollificationis porismi expectati si fuerit febris vsq; ad q̄n qꝙ ḧoras et inunge eum. Et frica ipsum cū rebus in quib⁹ est absterssio equalis: sicut quod est inter farinā fabax vsq; ad farinā ḧorobi et farinā radicum lilij et aristologie

emollite

emollite cū aliquātulo mellis et aque. Qō si fueris ausus vti fortiori hoc:tūc vtere spuma bauracb:t si estimas q balneū alterat naturā ei⁹ in aliquo et facit accidere quasi horripilationē non moretur in eo ictu oculi. opilationes enim iste non sunt de genere earum quas aperit balneum.

¶ In hac parte ponit curā cōuenientē in ꝓcessu: et est administratio balnei et fricationis. in scōa parte ponit quid post exitū a balneo: faciēduz sit. scōa ibi. (Cū ergo egredit.) In prima parte ponit octo cōditiones seruandas in vsu balnei. Prima q precesserit euacuatio. Scōa q facta sit opilationū aptio. Tertia q porisimus si fuerit vn⁹ solus sit in declinatiōe. Si aūt sint plures porisimi q cū balneat sit porisimus declinatiōis vniuersalis. Quarta q vrina significet digestionē. Quinta q pulsus sit coartat⁹ significās putredinē. Sexta q ponatur in balneo in die tertio q: in hoc tēpore verisimile est egrum esse in declinatione et precessisse euacuationē t aptionē que ꝑmittēde sunt. et ante porisimū sequētis si fuerit aliqs verisimiliter secuturus saltē per quinq horas: ita vt possit fieri balneū fricatio t cibatio si fuerit expediēs Septima q post balneū fricet et vngat cum abstergentibus q̄ in textu describit. Hoz tamē vsus non est apud nos: et magis cōueniret opilationi existenti in cute spuma bauracb. i. pars subtilior salis: qō dicit bauracb: sed loco ipsius accipim⁹ sal nitrum. Octaua. q si balneū alteraret ipsuz faciendo opilationē ilico de balneo egrediat. significatur enim q balneum non est aptuz aperire huiusmodi opilatiōes immo potius disponit ad febrem putridam.

Aristo. proportio proportionū. Et q; mouēs manēs idez et resistentia minor non est causa diuersitatis velocitatis et tarditatis. et in summa doctrina Aristo. de velocitate ⁊ tarditate motus periret. ¶ Tertio hoc dato sequeretur q; ab eadē proprietate illa colera citius mouebitur ad putredinem que est magis propinqua termino dispositiōis prius positis causis sufficientibus ad hūc motū. Cum ergo cōtingat vnam colerā in duplo plus propinquare q; aliam stabit facilius vnam moueri in duplo: citius alia ad paroxismandū: ⁊ sic in die secūda: et non in tertia. ¶ Quarto sequit̄ q; totalis colera inuenta in corpore tēpore primi paroxismi q̄ nō fuit mota ad putredinem in primo paroxismo mouet̄ in scōo: qz in tota acq̄rit̄ hec proprietas q̄ hoc modo pparat: vt in tertio die moueat̄ ad putredinē. sed hoc est falsum: qz tunc nunq; tertiana vel quartana de colera vel melācolia naturali duraret vltra paroxismos duos: nisi ppter nouem materie regenerationē cum tota materia residua in scōo paroxismo remoueat̄. ¶ Forte dicit̄ q; nō tota materia residua ē vniformis: nec eque vicina illi dispositioni: cū qua mouet̄ ad putredinem: sed aliqua magis vicina aliqua minus. ideo illa que magis parata est citius mouebit̄: vtputa in scōo paroxismo que vero min⁹ tardius: vt puta in tertio. ¶ Contra sequitur q; multotiens in talibus casibus non remaneret materia post primaz que mouetur vel paucissima: ⁊ sic sepe post primū paroxismū nullus seq̄retur. et sepe secundus esset minor primo cuius oppositū notat experientia vsq; ad paroxismum status. et consequentia patet: qz sepe materia est vniformis. aut saltem non tante diuersitatis quin possit esse facta preparatio in tertio aut quarto paroxismo. ¶ Et si dicatur diuersitatem esse tantam vt non possit esse facta pparatio nisi in plurimis paroxismis: tunc sequitur quod secundum varietatem diffōrmitatis materie erit

materie erit varietas tēporis mot⁹. Et ꝓñr ꝙ hec difformitas est causa periodicationis nō ꝓprietas per quā ꝓtinue fiet mot⁹ silis aliis deductis. ¶Uerum quia credo has duas opiniones a veritate declinare:et vtriusq; rationes cōtra alterā militare sequar opinionē infrascriptā: q̄ vt mihi videt: est ꝛitati et mentibus auctorū cōformior.

Presupposita. **Premitto ergo** ꝓmo ꝙ būorū vnicui⁹q; immo vnicuiq; mixto sunt a natura tributa ad sui tutelam conseruationē:ꝛ ad resistendū causis corrūpentibus. natura eiñ sicut dat esse:ita dat conseruantia esse. hec autē mixtis attributa sunt forma substātialis cōplexio et proprietas specifica. ¶Ex quibus infertur ꝙ proprietas specifica humoribus attributa non est ordinata ad motū būoris extra locum suū naturalem.neq; ad ipsorum putrefactionez. sicut nec cōplexio nec forma sua. Cui⁹ tamē oppositus Gentilis affirmat: cū dicat colere ineſſe proprietatē qua mouetur ad periodicandum de tertio in tertiū.et flegmati proprietatē qua mouetur quotidie:et melancolie de quarto in quartū. ¶Ex q̄b⁹ sequit bis humoribus esse datas ꝓprietates q̄bus moueant ad putredinē:ꝛ extra locū suū naturalē. ¶Sequitur scō.formas substātiales eorū similiter ordinari in sui corruptionē: cū forma substātialis vtaꝫ ꝓpetate specifica: et similiter ꝙplexione tāq; instrumētis. Si ergo instrumēta q̄bus forma vtitur tendāt in humorū corruptionē videtur multo magis formā substātialem eorū tendere in ipsorum corruptionē:cū instrumēta illa agāt a forma directa.hoc autem est oīno absurdum. ¶Et hoc premisso sequit ꝙ ꝓprietates specifice: sicut et ꝙplexiones sunt resistētes periodicationib⁹ humorū:cum nō possint periodicare nisi moueant ad putredinē et extra locū suū naturalē: quorum vtrūq; probibet forma substātialis cū instrumentis suis intēdens būorū cōseruationez. ¶Premitto scō.ꝙ velocitas motus et actionis insequitur proportionē agentis ad passum.vij.pbificoꝝ.cōmento.xxxij.vbi inquit Cōmē. Uelocitas ꝓpria vnicuiq; motui sequit excessū potētie motoris super potentiā moti. Nam ꝓportiones velocitatū in motibus sunt sicut ꝓportiones ꝓportionū potentiarū ad suas resistētias. et cōmento.lvj.inqt. Uelocitas motus quā habet totū motū ad totuz motorē est ꝑm excessum ꝓportionis potētie motoris sup potētiā moti. Ex quo seq̄tur ꝙ stāte pitate ex parte agentis ille humor citius mouebitur ad periodicandū:cuius resistentia est minor. Cū ergo ex quotidiana experientia manifestuz sit: et de intētione auctoꝝ superius ostēsum fuit sanguinē facere febrem ꝓtinuā.flā quotidianā.coleraz tertianā.melancoliā quartanā.sequit ꝙ stante pitate ex parte causaꝝ mouentiū ad putredinē:ꝛ aliorum paritate suppositā sanguis cū sua forma cōplexione et ꝓprietate minus resistet ceteris būoribus causis putrefaciētibus. deinde flā. deinde colā. deinde melancolia:ꝛ ꝓñr bi būores ꝑm būc ordinē resistūt fortius vnus altero causis mouētibus ipsos ad periodicandū. ꝓpter qđ accidit ꝑm varias ꝓportiones causarū mouentiū ad bonum humorū resistentiā:vt ꝑm plurimū sanguis faciat cōtinuā.flegma quotidianā.colera tertianā. melancolia quartanā. ¶Dico notāter ꝑm plurimū. non eiñ est impossibile:imo quandoq; accidit ꝓpter varias dispositiones mēbrorū et humorum bos humores:et quēlibet eorū posse quacūq; periodo periodicare. Latitudo eiñ virtutis mēbroꝝ est valde magna cum possit remitti ad nō gradū. ¶Similiter latitudo quātitatis humoꝝ possit remitti ad nō quātū. Et certū est ꝙ debilitas est cā prepositiōis paroxismorum periodoꝝ. ꝓma.tiij. tractatu scō de differētijs febrium. Similiter multitudo humorū accelerat periodicationem pauci tas retardat. ꝓpter qđ accidit colerā multā quotidie ꝓducere paroxismos omnino consimiles vt nō possit affirmari duplicē esse tertianā. sicut aliquando ꝓpter multitudinē et ꝓpinquitatē ad corfacit causonē. Et ecōtra ꝓpter paucitatē cū grossitie de quarto in quartū.et melancoliā aliquādo facere quintanā et sextanā. Et sanguinem febres periodicas: scōm varias dispositiōes mēbrorum mittentium et recipientium:ꝛ sic non solum accelerari aut retardare paroxismos colericos intra latitudinem tertie diei. Et similiter de ceteris causis tam mouētibus q̄ resistētibus in colera ꝛ vnoquoq; humoꝝ posset exemplificari. Attamē vt dictum fuit ꝑm plurimū ita est ꝙ scōm varias dispositiones et ꝓportiones causarū mouentiū ad humores resistentes scōm suas formas complexiones et ꝓprietates fiunt paroxismationes de q̄b⁹ supra.

An latitudo quātitatis humorū possit remitti ad non quātum.

**His premissis** sit hec ꝓmo conclusio. ad saluandum causas determinate periodicationis est necessariū in vnoquoq; humore ponere formā substantialem ꝙplexionalē et ꝓprietatē specificā resistentē causis mouentib⁹ ad periodicationē vel periodicandū. ¶Istā cōclusionē quātū ad primā partē probāt octo rationes deducte pro parte Gētilis. ¶Quātum ad scōam partē. ſ. ꝙ huiusmodi cause sint resistētes ꝛ nō actiue huiusmodi periodicatiōis. probat ꝓmuz ꝓmissum necnō ratiōes adducte pro parte Agonis. ¶Scōa cōclusio scōm varias proportiones mēbrorū mouentiū būores ad periodicanduz ad ipsorū resistētias fiunt periodi determinate diuerse. ¶Pro declaratiōe huius cōclusionis et sequētiū est sciendū ꝙ cause mouentes ad periodicandum sunt virtutes expulsiue mēbrorū stimulate a presentia humorū ledentiū sua multitudine aut malitia manifesta vel occulta ꝓpter quod mouentur ad expellendū eos.aut de intra venas ad extra sicut in interpolatis.aut de venis maioꝝ ad minores:sicut in continuis. ¶Aliquando in cā sunt virtutes attractiue mēbrorū propter doloreꝝ aut superfluā caliditatē in eis existentē aut absolutā aut determinati modi siue proprietatis. Et hoc modo caliditas derelicta in mēbris exterioribus post primum paroxismū tertiane est causa vt aggregetur noua colera pro sequenti paroxismo:et non flā neq; alius humor. ¶Aliquando in causa est dispositio mēbri generātis materiā. siue vere generet eā sicut epar.siue mēbrū illud generet corrūpendo vnū humorē in alium. vtputa sanguinē in colerā vel melancoliā.et hoc modo membra alia preter epar ꝓpter malam dispositionē in eis existentē generant humores corrumpendo vnum humorem in aliuz. Et ad has reducitur acuitas sensus membri non tolerantis presentiam humoris nocentis. Est enim causa vt acceleret paroxism⁹: sicut sensus eius obtusio est causa tarditatis. Iste ergo sunt cause se tenentes ex parte membrorum mouentes ad periodicationem mediate vel immediate. ¶Cause autem principales se tenentes ex parte humorum sunt resistētia ne humores moueantur extra locum suum naturalem: et ne putrefiant.et sunt eorum forme complexiones et ꝓ

Gētil⁹ opinio.

Agonis opinio.

Questionis declaratio.

ꝓietates. Et ad has reducitur multitudo et paucitas: grossities et subtilitas: viscositas et eius oppositum: inter quas grossities paucitas et viscositas sunt causa tarditatis potissimi. Opposita accelerant eos.

Quid attẽdat penes velocitates et tarditates motuum.

**Ex hoc notato** et scõo premisso faciliter deducitur conclusio. Mã vniuersaliter velocitates et tarditates motuum iuxta scõm premissum insequũtur proportiones causarũ mouẽtiũ ad suas resistẽtias: sed ꝓpter hoc diuerse sunt motus bũoꝝ diuersificati in velocitate et tarditate aut eos insequuntur. ergo ꝓpter hoc diuerse insequũtur diuersas proportiões causarũ mouentiũ ad humorum resistentias. sed cause mouentes iuxta notatũ immediate precedens sunt ipsa membra ꝑm varias ipsorum dispositiones. igitur ꝑm varias dispositiones mẽbroꝝ mouentiũ humores ad periodicandũ ad ipsorũ resistẽtias fient periodi determinate. ¶ Corrolariũ. propter minorem ꝓportionẽ mẽbrorũ mouentiũ ad resistentiã melancolie quã sit in alijs humoribus ꝑm pl'm tardius ꝓiodicat. deinde colera: oĩb' velocius flegma. Sanguis autẽ postꝙ putrere incepit facit ꝓtinuã donec finiat. ¶ Tertia ꝯclusio ꝑm varias ꝓportiones causarũ extrinsecarum ad humores resistentes seu humorũ resistentiã fiunt frequenter periodi indeterminate. Hec conclusio clara ẽ tum ex quotidiana expientia. tũ qr cãe extrinsece multo maiores recipiunt varietates sufficientes ad periodicandũ quã membrorũ dispositiones. Quapropter frequẽtius accidit vt ꝑm earum ꝓportiones ad humorũ resistentias fiant periodi indeterminate quo ad diẽ quã ꝑm proportiones dispositionũ membrorũ ad humorũ resistentias. et hic loquor de periodo improprie sumpta pro quocũqꝫ reditu feb. ¶ Quarta cõclusio. experientia inuentũ est sanguinẽ ꝑm plurimum facere continuã conclusa. fl'a quotidianã coĩam tertianam. melancoliã quartanã. Nam oĩs notitia medicinalis inuenta est ratione aut experientia scõo canone. c. ij. et primo metapb. Cum aũt huiusmodi non possint cognosci via ratiocinatiõis opus est vt experientia inuẽte sint: sed minor est manifesta: cum huiusmodi ad periodicationũ principales cause sint occulte. s. forme huiusmodi complexiones et ꝓprietates: nec non proportiones membrorum ad huiusmodi resistentias: que via ratiocinij cognosci nõ possunt. ¶ Quinta cõclusio. ꝓprietates indiuiduales in mẽbris sunt quandoqꝫ causa determinatarũ periodorũ. ¶ Hanc conclusionẽ probat quinta ratio suprascripta facta pro pte affirmatiua q̃stionis de duab' tertianis: q̃ sic se habent qꝫ paroxismi prime tertiane correspondẽt sibi inuicẽ. Et similiter paroxismi scõe sibi inuicem in hora inuasionis duratione intensione et modo terminatiõis. non aũt paroxismi scõe correspondent paroxismis prime: qõ nõ est nisi propter indiuidualem ꝓprietatem in mẽbris q̃ sunt minera putredis materie ꝑme tertiane q̃ ꝓprietas idiuidualis respicit materiam ꝑme tertiane sicut ꝓprietas idiuidualis materie scõe tertiane respicit materiã scõe tertiane. ¶ Similiter iste ꝓprietates indiuiduales remanent in materijs colericis que stant sub forma cause ãntis. quapropter vnaqueqꝫ disponit pro sequenti portismo ꝑm exigentiã proprietatũ relictarũ in primis portismis donec finiãtur. ¶ Cõtra primã conclusionẽ arguitur. Pro seruandis causis periodicationis nõ est necessariũ ponere proprietatẽ specificam. igit ꝛc.

Cause indiuiduales siue specifice.

antecedens multipliciter probatur. primo. quia oẽs effectus apparentes reduci possunt in complexionẽ et formã substantialẽ. non est autem bonum multiplicare entia sine necessitate. ¶ Scõo. quia huiusmodi non est substantia nec accidens. quare non est ponenda. sed qꝫ non sit accidens arguitur: quia tertio cõpl'onũ Galenus dicit eã naturam et vniuersam substantiã. complexionẽ vero esse ex quatuor elemẽtis. et moyses in epistola de regi. sani. forma specifica est tota essentia. i. substantia: non simplex q̃litas. ¶ Preterea. qõ nõ destruitur destructis accidẽtib' est substantia. talis aũt est forma specifica: eo qꝫ mortuo tyro adhuc in carne eius remanet forma plurium aialiũ pemptiua. Qõ vero non sit substãtia arguitur. nam tertio animaliũ dicit attractionẽ fieri ꝓprietate et q̃litate. ¶ Preterea. qõ sequit complexionẽ est accñs: eo qꝫ aduenit enti in actu: qõ autẽ sic aduenit sortitũ est naturam accidentis: sed forma specifica post cõplexionẽ aduenit penes Auicẽ. ¶ Contra scõam cõclusionẽ arguitur qꝫ nulla est assignanda determinata periodus respectu alicuius humoris: immo qꝫ q̃libet põt infinitis periodicare periodis. ꝓñs falsum: et cõsequẽtia ꝓbatur. qr ꝓportio causarũ mouentiũ ad humorũ resistentiã potest in infinitum variari: cum possit virtus in infinitũ remitti. similiter stante virtute potest humoris resistentia minui in infinitũ per deperditionem quãtitatis. ¶ Secũdo. ponamus resistentiam melãcolie q̃ stat sub forma cause antecedẽtis paulatim augeri ꝑ acquisitionẽ grossitiei aut viscositatis: donec in fine mensis fit equata potẽtie mouẽti ad periodicandũ: et tunc sequitur cum ꝓportio potẽtie mouentis ad resistentiam remittat ad nõ gradum: qꝫ ptinue tardius ꝛ tardi' periodicabit. Cũ ergo ꝑm' paroxismus fuerit quartanus. secũdus erit quintanus. tertius sextanus. et sic vsqꝫ ad finem mẽsis: immo qꝫ in ifinitũ tarde mouebit aliqua pars humoris melancolie ad periodicandũ. consequens falsum. ergo ꝛc. Et per similia argumenta facile ꝓbari posset paroxismos continue velocitari ponẽdo resistentiam paulatim diminui: vt quia materia continue efficiat subtilior causa mouente nõ variata. aut simul crescere et minui resistentiam. Itẽ sequit qꝫ frequẽter quartane deberẽt in trib' aut quatuor paroxismis terminari nisi alia materia de nouo generetur. cõsequens contra experiẽtiam. et ꝯña declarat. quia tanta est ꝓportio mouentis ad residuũ melãcolie. in scõo tertio aut q̃rto paroxismo quãta fit ad melãcoliã motã in primo cũ continue melancolia digerẽdo ꝓcedat. Si ergo potuit mouere primã magis resistentẽ multo magis poterit mouere reliquã in trib' paroxismis sequentibus. Nec potest dici qꝫ causa quare non moueatur sit etherogeneitas materie. qr frequẽter accidit qꝫ materie non sint tantũ etherogenee: quin possint ad vniformitatẽ quãdam reduci in tribus sequẽtibus paroxismis per digestionẽ. ¶ Item cõtra banc cõclusionẽ procedũt rationes facte superius tam pro parte affirmatiua quã ꝑ parte negatiua. ¶ Contra tertiam conclusionẽ arguitur non minores varietates recipiũt cause intrinsece. s. membroꝝ et bũorũ dispositiones quaz cause extrinsece. s. se tenentes ex parte sex rerũ nõ naturaliũ et causarũ extranearũ. ergo qua ratiõe cause extrinsece sunt frequẽter cause indeterminatarũ periodorũ eadem ratione ꝛ cause intrinsece ꝯña tenet. et assumptũ probat. quia membrorũ ꝛ bũoꝝ dispositiones sunt variabiles in infinitum vt fuit deductũ

vt fuit deductū in ratiōibus contra secundā ꝯclusionem. ¶ Cōtra quartā ꝯclusionē arguitur. sequitur ꝙ colera deberet velocius moueri ad periodicandum ꝙ flegma. cōsequentia probaꝫ: qꝛ stante paritate ex parte cause mouētis colera minus resistit ꝙ flegma. tum quia calidioꝛ. tū quia subtilioꝛ tum qꝛ minꝰ viscosa: ⁊ tandē qꝛ magis acuta plus stimulās expulsiuā. ¶ Preterea sequiꝫ ꝙ sanguis deberet tardius moueri ꝙ colera. tum quia viscosioꝛ et grossioꝛ. tum quia minus acutus: minus stimulans expulsiuā. tum quia natura de eius cōseruatiōe est magis sollicita. ¶ Ultimo cōtra vltimā cōclusionem arguiꝫ. si proꝑietates indiuiduales essent causa periodicatiōis sequeretur vnum genꝰ febꝛiū nō posse in aliud permutari. cōsequētia cōtra experientiā: cum videamus sanguineā, in colericam: necnō flegmaticas et colericas in quartanas permutari. consequentia facile deduci potest.

sponsio ad iones.

**Ad rationes** suadentes cōtrariū determinationis nostre respōdeo. ¶ Ad primā negādo assumptū. in formas, eīm substantiales nullus effectus reduci potest immediate cum ipsa sit substātia cui nihil est cōtrarium omnis eīm actio est inter cōtraria. Nec⁊ etiā in cōplexionē effectus apparētes reduci possunt sicut attractio ferri in cōplexionē magnetis cum multa sint similia magneti in cōplexione que nō attrahunt ferrum: et eo magis quia inuenitur magnes que scōm vnam extremitatē attrahit ferrum secūdum aliam fugat ipsum. quam diuersitatē difficile est reducere in cōplexionē aut in proꝑietatem nisi forte indiuidualē. Item Mesue in de consolatione medicinarū caꝑ. primo vult virtutes medicinarum soluentium eligēdo esse proꝑietates specificas: et in proposito nostro quō colera poterit tardius moueri seu periodicare ꝙ flegma: cū habeat valde plures manifestas cās velocitandi periodicationē ꝙ flegma: vt ptz cōsideranti. ¶ Ad secundum dicendū: ꝙ aliqua forma specifica est substantia: scz illa que dat esse rei: et per quā res est id qō est. aliqua est accidens que proꝑius dicitur ꝓꝑietas specifica. hec autē est vna ex potētijs foꝛme. propterea inest omnibus indiuiduis vniꝰ speciei. licz aliqua aduenīat enti in actu scōm exigentiam cōplexionis. aliter difficile esset saluare quō mortuo tyꝛo in carnib⁹ eius remanet proꝑietas pluriuz animaliū interēptiua que primo erat. hic enim aperte cōcludit ipsam nō esse formā substantialem nec⁊ eius potentiā. destrueret eīm corrupta forma substātiali eius. nec⁊ est eius materia cum ipsa de se nullius sit actiuitatis. quare relinquiꝫ ꝙ sit accidens aduenīēs cōposito. Et ex his ꝓtz solutio ad reliqua argumēta cōtra hanc cōclusionē. et quō autoꝛes nō sunt ꝓtrarij: quoꝝ aliqui ponūt esse substātiā: aliqui accidēs. ¶ Ad argumētū primū cōtra secundā cōclusionē negetur ad qō deducitur: nec pōt aliquis humoꝛ infinitis periodis periodicare: ⁊ ꝓñr negatur ꝙ proꝑtio causarū mouēntium ad resistentiā humoꝛū sufficiēs ad periodicationē possit in infinitū variari. nam licz possit humoꝛ diminui ad nō quantū: nō tamē quelibet parua quātitas erit sufficiens ad periodicandum.

¶ Ad secundū argumentū contra eandem conclusionem conceditur ad qō deducitur: scz ꝙ paroxismi continue retardabūtur: sed negetur reliquū ad qō deducitur. scz ꝙ secūdus erit quintanus. tertiꝰ sextanus ⁊c. fiet enim postpositio paroxismoꝝ intra latitudinem quarti diei: sed nō fiet diuersa periodicatio: et conceditur vlterius ꝙ in infinitus tarde mouebitur aliqua pars melancolie. Ex quo tamen nō sequitur ꝙ paroxismus in infinitū tardabitur. Et consimiliter ad confirmationē conceditur paroxismū posse continue anticipare. ¶ Ad tertiam rationē contra eandem conclusionē negatur ad quod deducitur: nec⁊ in causa soluz est etherogeneitas materie imo multitudo eius. dato eīm ꝙ tota materia est vniformis: nō potest tamen virtus expulsiua totuz vnica vice mouere. magis eīm resistit multa ꝙ pauca. ¶ Ad rationē contra tertiā conclusionē negetur assumptū: immo dicitur ꝙ varietates causarū extrinsecarū sufficientiuz ad periodicandū sunt multo maioꝛes ꝙ varietates causarum intrinsecarū sufficientiū ad periodicanduz nec alique extrinsece: aut intrinsece sufficientes ad periodicandū possunt in infinitū variari varietatibus sufficiētibus facere diuersas periodos scōz diem. ¶ Ad responsionē contra quartaz conclusionem respondeꝫ ꝙ quātumcūc⁊ colera merito qualitatum manifestarū sit facilius mobilis ad periodicandū: tamen ratione ꝓꝑietatis specifice magis resistit ꝙ flegma. ¶ Ad secundū contra eandē conclusionē dicitur ꝙ sanguis ratione qualitatuz tā manifestarū ꝙ occultarū est paratissimus inter omnes ad putrefactionez precipue cum putrefactio inceperit in aliqua parte eius: licz nō fit paratioꝛ ad motum extra locum proꝑriū propterea facit ꝓtinuā ⁊ nō periodicā. Nec obstat ꝙ natura sit de eo magis solicita: inchoante nāc⁊ putrefactiōe in aliqua parte facile procedit ad reliquas. ¶ Ad rationem contra vltimā ꝯclusionez negetur ad qō deducitur. nam quātumcūc⁊ ꝓꝑietas indiuidualis ex aliquo būoꝛe putrēte derelicta sit causa motus similis būoꝛis stantis in venis sub forma cause antecedentis. tamen si ille humoꝛ verteretur in aliud genus humoꝛis periodicaret humoꝛ ex priogenitus scōm exigentiā proꝑrietatis specifice sibi acquisite ad intellectū suprascriptū: ⁊ nō secūduz exigentiā proꝑrietatis indiuidualis ex primo buꝛe putrēte derelicte.

Rōnes gētilis et Ugonis.

¶ Rationes aūt superius adducte pro opi. Gentilis non procedunt contra banc determinationē: immo sunt pro ea: et plures earum probant conclusiones suprascriptas. Similiter rationes adducte pro opi. Ugonis nō ꝓcedunt contra banc determinationē: sed solūmodo probant ꝙ nō datur forma specifica: nec⁊ proꝑrietas occulta specifica: aut indiuidualis: actiua aut passiua que intendat mouere vno tempoꝛe et non alio.

Merculani opinio cōtra gētilē ⁊ Ugonem.

**Ego aūt** nihil boꝛū pono: sed pono bmōi formas et proꝑrietates resistētes bis motib⁹. Et pono virtutes ⁊ dispōnes mēbꝛoꝝ esse causas mouētes bos humoꝛes ad periodicandum. Et scōm varias ꝓportiones boꝛū mēbꝛoruz mouentiū ad humoꝛes qui mouētur fieri diuersas periodos. Et bec opinio ꝙsonat oībus doctoꝛib⁹ et autoꝛibus scribētibus in hac materia siue resoluant bmōi motus in mēbꝛoꝝ varias dispōnes sicut Gal'. siue in humoꝝ varias dispōnes sicut Aui'. Et aliqñ ipe Gal'. ⁊ reliq autoꝛes ⁊ doctoꝛes Qua ꝓꝑ vr̄ bec opi. ꝛitati ꝙformioꝛ. Mā ꝛo oīa cōsonant: falso cito dissonat verū. primo et bico. Et sic deꝰ auxilio est finis huius questionis difficilis.

¶ Sermo vltis. De signis feb. putredinis. Caꝑ. ij.

Significant febꝛes putredinis aduentus causarum antecedentium eas: et proꝑrie quando non est in eis causa primitiua.

¶ In capitulo precedēti Aui. posuit causas putredinis: nec nō causas diuersitatis feb. putridaruz. In hac parte iuxta rubricā ponit i generali signa feb. put. et habet hec pars tres partes. In prima facit illud qō dictum est. In scōa ex oībus signis ⁊ accidētibus collectis ponit generalē modū significandi eorum. Tertio ponit causas quorūdam accidentiū. scōa ibi. (Scias ꝙ acceptio.) in princip. quarti cap. sequētis. tertia ibi. (Horripilatio.) in princip. sexti cap. Prima iterū in duas. In prima vt dictū est: ponit signa fe. pu. in gñali. In secūda signa quibus inter se distinguūtur. scōa in principio sequentis capituli in continua. Hoc capitulū primo habet duas partes. In prima ponit tredecim collectiones signorū que patebunt discurrendo per textum. In secūda ponit duos cañ. scōa ibi (Et scias) in fine capituli. ¶ Pria collectio signorum est antecessio causarū febriū putridarū: siue ille cause sint corporee sicut opilationes repletiōes cacochimie: siue fuerint incorporee: sicut cibus ⁊ potus generatiui mali chimi et reliquū regimē disponēs ad feb. putridas absq; antecessione cause primitiue de proximo que verisimiliter potuit esse causa effimere. sicut exercitiū forte ⁊ similia: ⁊ hoc est signū satis efficax feb. putride. Posset tamē exponi aduētus causarū antecedentiū. idest corporearū distinctarū cōtra causas p̄mitiuas: ⁊ ppter qñ nō est causa primitiua q̄ verifiliʒ sit cā effimere.

An febris putrida possit eē sine causa.

**Quod si quis** quereret vtrum feb. putrida possit eē absq; cā. ¶ Dicendū ꝙ potest esse absq; causa primitiua et antecedente: sed non potest esse absq; causa coniuncta. ¶ Cōtra possibile est humorē putrentē educi simul cum vaporibus suis. et tamē remanere caliditatē fientem in corde cum nō subito corrumpatur. ergo ⁊c. ¶ Respōdetur ꝙ sicut nō subito corrūpitur caliditas existēs in corde: ita humor putrēs cum vaporib⁹ nō subito educitur. vnde si aliquid caliditatis in corde remanebit educto humore putrido cum suis vaporibus illud est ita remissum vt non sensibiliter ledat operatiōes. ¶ Preterea dato ꝙ sensibiliter lederet operatiōes nō debet dici febris cum ad esse febris requiratʒ caliditatem accensam esse in aliqua re que sit in corde siue sit cordis substātia quantū ad ethicas siue spūs quantū ad effimeras siue humor aut vapor quantū ad humorales. Hoc tamē superius in diffinitiōis declaratione sufficiēter discussum fuit. aliter eñ sequeretur ꝙ cuicūq; febri esset coniuncta humoralis et effimera cum in omni febre fit, necessariū calefieri humores cordis et spūs cum fit facilius hec calefacere quā cordis substantiā. Sed licʒ in omni febre calefiant: non tamen in omni febre habent caliditatem fixam.

¶ Et pulsus ⁊ anhelitus cuius cōstrictio est velox: quoniā necessitas ad mundificandum est vehemens valde.

Signum putridarum febriū.

¶ Secūda collectio signoꝝ putridarū est velox cōstrictio pulsus et anhelitus ppter necessitatē vehementē mundificādi cor et arterias a fumis ⁊ vaporibus putridis. ¶ Pro cui⁹ declaratiōe est sciendum ꝙ signū apud Gal. prio de differētijs febriū. vij. ca. Est valde proprium cum cōueniat omni putride et solum tali. Inquit eñ. Proprium vero ⁊ inseparabile generis earū que in humorib⁹ accendūtur febriū est velocitas fistoles pulsus. Et cum anhelitus currat cursu pulsus idem erit iudicium de fistole anhelitus. Unde superius Aui. in capō de signis effimerarū quibus distinguūtur ab alijs febribus inquit. Et cum ambiguus fit tibi pulsus et constrictio eius scias ex anhelitu. ¶ Sed vt tollantur instantie que cōtra hoc dictū Galeni fieri consueuerūt quē Aui. c. sequit̄ est sciēdum ꝙ fistolē siue ꝓstrictionē pulsus et anhelitus esse proprium ⁊ inseparabile signū putridarū: ⁊ qō cōueniat omnibus ⁊ solis putridis potest quadrupliciter intelligi. ¶ Primo ꝙ fistoles sit velox respectu tēperate fistolis ⁊ hoc modo nō est proprium signuz putridarum cum cōueniat plurimis effimeris et ethicis in quibus multiplicātur fumi plures aut acutiores ꝙ in corpore tēperato: quare necessariū est ppter eorum expulsionē fistolē velocitari in cōparatione ad fistolē tēperatā. ¶ Secundo ꝙ fistoles sit velox respectu fistolis dispositiōis naturalis. et hoc modo etiā nō est proprium signū febriū putridarū: cuz pluribus ethicis et effi. conueniat fistolē esse velociorem fistole naturali ppter fumos plures ⁊ acutiores multiplicari ex actione caliditatis febrilis quā tēpore sanitatis. ¶ Tertio ꝙ sit velox respectu diastolis eiusdē pulsus: et hoc mō est proprium signū putridarū: vt in pluribus. Nam scōm pluriū in putridis est velocior fistoles ꝙ diastoles: ppter maiorē necessitatē mundificādi fumos quam euentandi. nō enim cōtingit oppositum nisi in febre vehemēti: sicut causon aut sibi similis pendēs a materia colerica subtili: pauca ppinqua cordi ⁊ in casibus simlibus qui sunt paucissimi: sed in ef. et ethi. scōm plurimū est maior necessitas euentādi ꝙ mundificādi: qz vapores in eis multiplicati sunt pauci et parū acuti. ¶ Et oppositū non accidit nisi in paucis casibus: sicut in corde tēperato aut humido effimerāte. Et quia apud medicos ppositiones vere: vt in pluribus habentur pro vniuersalibus: possemus dicere apud medicos hoc signum conuenire oībus putridis: ⁊ solum talibus. ¶ Quarto modo potest dici fistolē in putridis esse velociorem ꝙ fistoles in alijs febribus esse ppriū signū putridarū: et hoc modo est verū vniuersaliter. Nam semper fistoles putridarū est velocior fistole aliorū generū febrium aliorum paritate suppposita ex parte corporū febrientiū: et gradus intēsionis feb. in genere suo cum fumi plures et acutiores multiplicētur in feb. materialibus quā in immaterialib⁹. Et similiter posita paritate ex parte regiminis et extrinsecus occurrentium.

Stistoles velox respectu fistolis.

Cuius modi causis.

**Sed contra** hanc determinationē instatur. Nam fistoles arteriarum ordinatur in cordis euentationē: cum per eam impellatur aer frigidus in cor pro eius euentatione. Et econtra diastoles arteriaruz in cordis mundificationē ordinatur: cum per eam recipiāt arterie a corde fumos ⁊ aerem factū inutilez. ergo vbi est maior necessitas mundificationis cordis: sicut in putridis diastoles arteriarū debet esse velocior. Et econtra. vbi est maior necessitas euentationis cordis sicut in effi. et ethi. fistoles arteriarū debet esse velocior. ¶ Ad hoc respōdetur ꝙ fistoles arteriarum ordinatur in multos fines. est enim facta ad expellēdū fumos malos ⁊ vapores malos et aerem calefactum extra poros: et ad expellendū spiritum vitalem in membra: et ad venas spirituz vitalē: et sanguinem arterialē: et etiam ad impellendum aerem frigidū in cor: et sic est ordinata in multos fines: nō tamē eque principaliter. magis enim operatur pro cōmodo proprio quaz alieno ita ꝙ suppposito ꝙ necessitetur arteria mittere in cor: aerem frrgidū: et a se expellere fumos malos

Et sint

Et sint iste necessitates ad modum medicoꝝ equales magis conabitur arteria pro expellēdo fumuz q̄ in expellēdo aerem frigidū in corꝝ: ꝛ sic fistolabit velocius sue proprie necessitati mundificādi inseruiens q̄ necessitati euentādi cordis: nō obstāte qō ad illam quodāmodo ordinetur. ergo ad formam argumenti respōdendo negetur consequētia. licet enim fistoles arteriarū ordinetur in cordis euentationem: ꝛ diastoles in cordis mundificationē: non tamen sequitur q̄ existente in corde maiori necessitate mūdificationis quā euentationis: diastoles arteriarū debeat esse velocior q̄ earum fistoles: imo fistoles arteriarū est velocior quā earuz diastoles propter maiorem necessitatē propriā mundificandi q̄ euentādi. Et similiter sequitur q̄ fistoles cordis debet esse velocior quā diastoles eius vnoquoq̄ istorum membrorū inseruiente magis commodo proprio quā alieno.

¶Et est caliditas mordicatiua nō suauis sicut est caliditas effimere febris.

¶Tertium signum q̄ caliditas putride febris est mordicatiua: nō suauis sicut caliditas effi. ¶Pro quo sciendum q̄ mordicatio caliditatis ex quatuor causis contingit. primo quia intensior. secundo quia velocius imprimēs. tertio quia in subiecto magis denso: quarto quia siccitati cōiuncta. Ex quo sequitur propter has quattuor causas caliditatē putride esse mordaciorem quā effimere: et caliditatem ethice inter has mediam.

Cause mordicationis.

¶Et plurimū quidem febriū putredinis antecedit halmeliletu. Et halmeliletu quidem est dispositio cui admiscetur caliditas nō proueniens ad hoc vt sit febris.

¶Hic ponitur quarta maneries signorum: vel collectio febr. putr. et habet hec pars quattuor partes. Primo ponit quid nominis huius dispositionis significātis feb. putridā. Secundo ponit quid rei. Tertio declarat que accidētia huic dispositioni cōiungantur. Quarto ponit quando incipit febris post hanc dispositionē. secūda ibi. (Et almeliletu.) tertia ibi. (Et associatur.) quarta ibi. (Cū igitur accidit.) ¶De prima parte dicit q̄ dispositio antecedens scōm plurimū febres putredinis est almeliletu et a Rasi. xvij. continentis. cap̄. ij. vocatur almelia aut almelidia. In scā parte describens eam dicit q̄ almeliletu est dispositio cui admiscetur caliditas non perueniens ad hoc vt sit febris propter paucitatē lesionis. Ex quo textu aliqui eliciunt q̄ almeliletu est quid aggregatum ex mala cōplexione mala compositione mala vnitate cui admiscetur caliditas nō perueniens ad hoc vt sit febris propter paucitatē lesionis: sed fit solum neutralitas febris insensibiliter ledens operationes. ¶Alij autem aliter exponunt bunc passum et melius et conformius mentibus autorūq̄ almeliletu est dispositio cui admiscetur caliditas non perueniens ad hoc vt sit febris. idest in cuius quidditate includitur vt nō sit febris: sed neutralitas febris: idest caliditas preter naturā insensibiliter ledēs operatiōes: ꝛ hec est mens Rasis. xix. ptinentis ca. ij. qui dixit esse ipsam febrem paruā et qō antecedit febrem. est eīm neutralitas decidētie in febrē: ꝛ qō seq̄tur febrē: q: est neutralitas cōualescētie. Et ex his seq̄tur oēm febrē incipientē post principia generatiōis et ad salutē terminandam antecedit et sequitur almeliletu.

Sed contra nam Auicen. statim dixit q̄ plurimū febris putredinis antecedit almeliletu. ergo nō semper almeliletu antecedit febrem. ¶Ad hoc respondetur de intentione Gal. primo de creticis capitulo sexto q̄ omnem febrem incipientē post principia generationis precedit almeliletu: sed aliquādo febres sunt ita cito incidentes sicut pestilētiales sinocha omotena aut augmastica causones: et similes q̄ almeliletu propter breuitatē eius nō percipitur. Similiter est aliquando ita remissa vt non percipiatur sicut qō antecedit effimeras veras. Auicē. itaq̄ intendit q̄ almeliletu manifestum scōm plurimū antecedit febrem licet non semper.

¶Et associatur ei lassitudo et pigritia et alices et saltus et cōmotio somni et vigilie et constrictio anhelitus et tensio venaruz et hypocundriorum et dolor capitis et pulsatio capitis. Cum ergo prolongatur facit cadere in febres putredinis aut facit accidere debilitatem et citrinitatem coloris: et quandoq̄ associantur almeliletu antecedēti febres multitudo superfluitatis et mucus nausea et vrina plurima et egestio plurima putrida et grauitas capitis et excitatio et accidit frequentia in pulsu non a causa extrinseca: immo ex labore aut ira aut alijs.

¶Hic ponit xerdecim accidentia que associantur almeliletu. ¶Primū est laxitudo maxime extēsiua que est tristis sensatio in musculis cum tētatur motus accidēs propter humores aut vapores grossos in ipsis: et de hac loquitur aforismus secunde particule. labores spontanei narrant morbos. ¶Secundū est pigritia: idest ineptitudo et difficultas ad inchoandū et cōtinuandum motuz propter lassitudinem et causam eius. ¶Tertium alipter lassitudinem et causam eius. ¶Tertium alices: idest extēsio brachiorum propter vapores stimulātes expulsiuam eorum. ¶Quartuz est saltus idest motus mēbrorum quasi subitus inordinatus propter humores ventosatos in musculis eorum. ¶Quintum est cōmotio somni et vigilie: idest permutatio somni et vigilie a dispositione naturali: quod potest esse vel quia somnus est longior aut profundior: aut vigilie permixtus nō purus: et sic vigilia sit longior et acutior: idest a somno distantior: aut somno permixto secundum veritatem dispositionis humorum qui sunt in almeliletu: et vaporum qui ab eis eleuantur. Et hic accipio vaporem vt est communis ad fumum ꝛ vaporē proprie sumptum. ¶Sextum est constrictio anhelitus et per hanc intellige etiam difficultatez eius: ꝛ quā cunq̄ notabilem permutationē eius a differētijs et dispositionibus naturalibus ad differētias et dispositiones non naturales que sequuntur repletionem partiū pectoris humorū ventositates aut vaporum. ¶Septimum est extēsio venarū et hypocundriorū ex eadem causa. ¶Octauū. dolor capitis: et pulsatio eius propter motum humoruz: aut vaporum: aut ventositatē ad caput facientē scōm plurimū dolorē extēsiuū aut pulsatiuū. ¶Alia tamen littera dicit dolor epatis et pulsatio capitis et pendent ab eisdem causis quarum quedam tendunt ad epar: quedam ad caput. fit enim dolor extensiuus a repletione superflua extendēte: siue sit humorum: vaporum: aut ventositatū. Dolor autē pulsatiuus a caliditate superflua: quādoq̄ tamē dolor est grauatiuus quādo materia est in membro sicut in epate nō sentiente per se: sed per pan-

niculū suspēdentē. ¶Monū quādo almelileu plō gatur facit ex nō putridis cadere in febres putri/ das calore magis exacuto. Aut ppter intensionez aut propter humidi exiccationez. Aut facit cadere in febres putridas: cum prius esset solum neutra/ litas: nō quidem propter intensionē aut cremētuz almelileu scōm se: sed propter. paucitatē resisten/ tie virtute debilitata: aut facit accidere debilita/ tem in virtutibus naturalib⁹: digestiua precipue: siue ledat eas sensibiliter siue īsensibiliter. Et boc est decimū signū. ¶Undecimū: quia facit citrini/ tatem coloris permutādo sanguinez: vel faciendo generari sanguinē non ita bonum: et cui colera est permixta. ¶Duodecimum quādocz associatur al/ melileu antecedētis febrē ad differentiā almelile tu sequentis febrem multitudo superfluitatis: et pro. idest mucus: et nausea. idest humor repens ad stomachū nauseare faciens: vrina plurima: ꝛ ege/ stio plurima putrida. que omnia contingunt pro/ pter presentiā malorum humorū ꝛ malaz digestio nem: propter quas multiplicātur superfluitates aliquādo in cerebro: et fit multitudo mucorum: et aliquādo in stomacho fit nausea: et forte vomitus et multiplicatur vrina propter debilitatē digesti/ ue epatis: et egestio plurima fetida propter mul/ tas superfluitates reseratas in prima digestione: cum cibus nō bene trāsmutet: et quia in almelile/ tu est caliditas preter naturā: licz nō sit febris ad/ ditur fetor in egestiōe. Potest etiā esse quando an te morbi initiū alique partes malorū humorū de riuantur ad intestina: que ibi recipientes aliquem modum putredinis augent quātitatem fecis ꝛ fe/ torē: ꝛ boc habeat p vno signo sumpto ab exītib⁹. ¶Decimū tertiū est grauitas capitis et⁹. cā ptz ex suprascripti s. ¶Decimūquartū est excitatio. i. di spositio, i facie similis dispositiōis faciei bois ex/ citati a longo somno: in quo partes circa oculos sunt inflate propter vapores illuc eleuatos: pro/ pter longū somnū nō resolutos. et ista dispositio est similis cacesie eueniens propter defectū dige/ stiue epatis: per quē fit nutrimētum valde vapo/ sum. ¶Decimū quintū est p accidit frequentia in pulsu: nō a causa extrinseca: scz forti et inconsueta immo ex labore aut ira parua: et similibus paruis causis consuetis: ex quibus nō consuecuit pulsus tē pore sanitatis frequentari: et non est absq causa: cum almelileu fit caliditas preter naturā excedēs caliditatem naturalē. Quidaz tamen exponunt ly immo pro sicut: vt sit sensus p accidit frequētia in pulsu: nō a causa primitiua: sicut ira aut labore: et potest tolerari: quia cum sit virtus grauata et ne/ cessitas aucta pulsus frequentatur.

De almelile/ tu.

¶Cum ergo accidit in eo coartatio: tunc iam venit paroxismus: ꝛ coartatio quidem est submersio pulsus et paruitas diuersi in quo accidunt pulsationes magne, fortes: ꝛ non est velocitas eius fortis.

¶In ista parte ostendit quando post almelileu initiat febris: ꝛ que sint signa distinguentia initiū feb. ab almelileu: et dicit duo. ¶Primum p quan do accidit coartatio in pulsu: tunc iam venit paro xismus. et boc verus est si febris illa sit putrida: nō tamen continua concluſa: quia illa non habet ex/ crescentias neq paroxismos. ¶Secundo describi/ bens coartationē pulsus p coartatio est submer/ sio pulsus: et paruitas diuersi: idest paruitas cum diuersitate. Est itaq pulsus coartat⁹: pulsus sub/ mersus paruus et diuersus in quo accidunt pulsa

tiones magne et fortes: et nō est velocitas eius for tis. Nam vt est apud Galenū in cōmento pulsuuz cōmento. xiiij. aggrauata virtute propter vehemē tem pugnā inter virtutem et morbuz fiunt pulsus diuersi: intra quos sunt pulsationes alique fortes et magne. Et si virtus sit multū debilis per aggra uationē percussiones fortes sunt valde pauce. in virtutibus autem dissolutis semper procedit, pul sus debilitādo: nisi aliquādo ageret scōm vltimū conatum. non autem est velocitas fortis, quia nō/ dum additio multa facta est in calore. Galen⁹ eīn primo de differētijs feb. ca. viij. describēs pulsum coartatum quem ipse appellat constrictū dicit qō est paruus et inequalis nihil plus addens in eius descriptione. Auicē. tamen preter bec addidit duo primum p in ipso accidunt pulsationes magne ꝛ fortes. et scōm p velocitas eius nō est fortis. ¶Cre do non fuisse intentionē Auic. bec duo debere po/ ni in descriptione pulsus coartati: sed voluit bec frequēter cōcomitari pulsum coartatū. Galenus.

**Solet queri** vtrum semper in principijs febrium putridaruz fiant pulsus veloces. Et videtur p sic de intentiōe Gal. primo de differētijs febriū. ca. viij. ¶Et ratione ar gu. cum sit necessitas aucta respectu dispositionis naturalis. ¶In oppositū est Aui. in ca. de flegma/ tica. ꝛ Auer. quarto colliget. Et Galenus. ij. de cri si. et de signis quartane. ¶Preterea in syncopali quādocz sunt pulsus parui tardi et rari. ¶Pro so lutione pretermittēdum duplex esse principiū qō/ dam exclusiuū: quoddā inclusiuum febris: quid sit vtrūcz ptz. ¶Quo premisso dicitur ad dubiū de in tentione Thome de garbo p in principio exclusi/ uo febris sunt aliquādo pulsus parui tardi ꝛ rari. Nam in boc tēpore cor multotiens et alia mēbra interiora sunt frigidiora quā in dispositiōe natu/ rali sicut in syncopali humorosa flegmatica ꝛ quar tana. Sed in principio inclusiuo feb. pulsus semp sunt veloces nisi virtus sit aliūde debilitata pter/ quā merito febris: quia nō obstāte p virtus sit ag grauata a materia: tamen quia nō est notabiliter debilitata potest velocitare pulsum. Thomas de garbo.

**Ego autem** credo etiā in principio inclu siuo febris posse pulsum eē tardiorē quā in dispositiōe naturali. Nam cōtin/ git hominē syncopizari in principio tam vniuersa li quā particulari febris. quapropter multū debi/ litata virtute nō poterit satisfacere necessitati per velocitatem. assumptū manifestū est tam in sync pali minuta quā humorosa in qua potest accidere syncopis etiam in primo paroxismo: et tamen bec debilitas accidit solum merito febris et materie eius. ¶Et cōfirmat quia potest mori in boc prin cipio. Preterea cōtingit in principio inclusiuo cor esse frigidius p in dispositiōe naturali vaporib⁹ nō putridis eleuatis, a flegmate vitreo ad cor exi/ stentibus pluribus p sint putridi sicut in empia/ la in qua interiora frigent. ¶In boc enim casu ꝛ si milibus cor est minus actu calidū quā in dispositi/ tione naturali. ¶Nec potest dici p quādo cor ꝛ in teriora sunt frigidiora quā in dispositiōe natura/ li: tunc nō est febris. sic eīn empiala nunc p esset fe/ bris cōtra Auicē. et ceteros. Dictū autem Gal. ad ductum in principio questionis sonans cōtrariū veritatem babet in pluribus. Mercuriani opinio.

¶Sed diuersitas in principio ꝛ in augmē to est ex proprietatibus significantibus pu tredinem: quāuis nō appareat in tertiana

plurima

plurima apparitione propter lenitatē materiei.

¶Hic ponitur quinta collectio signorum et est qō diuersitas pulsus in prīcipio: ⁊ in augmēto est de signis ppriis feb.putride q̄uis hec diuersitas nō appareat in tertiana quantū in alijs febribus p̄pter lenitatem materiei. ¶Pro quo sciendū q̄ hec diuersitas est in principio propter suffocationem caloris et in augmento propter non esse materiaz vniformiter calefactā: sed in tertiana pura fit minor hec diuersitas: quia materia est lenis: subtilis parum aggrauans virtutem: et cum hoc cito vniformiter inflāmabilis.

¶Et de signis quidem q̄ febris sit putrida ē euacuatio periodi primi sudoris ⁊ hūmectationis. effimera enim est econtrario illius: licet in initio sit in tertiana propter lenitatem predictaz: si tamen effimera non permutatur ad putredinē. Et quando fuerit augmentum eius non permixtum: non proportionatum: non simile.

¶Hec est sexta collectio signorū. In hac parte dicit duo indigentia expositione. ¶Primuz q̄ de signis q̄ feb. est putrida est euacuatio periodi p̄me sudoris et humectationis: idest q̄ prima periodus putride terminatur fine sudore humectatiuo simili sudori naturali: vt superius dictum fuit in cap̄. de signis effim̄. licet in principio: ita sit in tertiana propter lenitatem predictā: quia in tertiana: scilz pura propter lenitatez subtilitatē materie: ⁊ eius paucitatē accidit aliquando sudor similis illi: qui est in effimera: saltem in paucitate: licz nō in alijs conditionibus cum sit magis acutus. ¶Scōs modus exponendi hunc passum est: q̄ de signis q̄ febris est putrida: est euacuatio periodi primi sudoris et humectationis: idest q̄ prima periodus prime terminaꝫ cum sudore humectante copioso qō aliquādo accidit ppter multitudinē materie eius Sed effime. est ecōtrario eius: quia terminaꝫ cum sudore pauco simili sudori naturali: et etiā aliquādo tertiana terminaꝫ cum sudore simili sudori effimere. In hoc em̄ ab alijs putridis aliquādo tertiana pura excipiꝫ. (Si tamē effimera.) hoc est scōm indigēs expositiōe. et intēdit q̄ hec que dicta sunt de effimera vera sunt si effimera nō mutaꝫ ad putredinē: idest ad febrē putridā. Cuius nō permutationis signa sunt tria. ¶Primū quando nō fuerit eius augmētum permixtū ex dispositiōe principij que est caloris profundatio: ⁊ calore p̄cedente intendendo in omnibus mēbris. nā quādo effimera permutatur ad putridā apparet primo caloris p̄fundatio cum coartatione pulsus: postea pulsus subleuatio et caloris processus: ⁊ intensio p̄ vniuersum corpus. horū ergo p̄uatio significat q̄ nō permutatur ad putridaz. ¶Secundū signum non permutatiōis est quādo augmentū nō fuerit non proportionatū: idest fuerit proportionatuz. Nam augmentū effimere que nō permutaꝫ ad putridaz vniformiter intendēdo p̄cedit. Nō enim fit diuersitas ex parte etherogeneitatis materie: scz in partibus augmēti putridarum: in quibus aliquando apparēt stationes: et non fit vniformis intēsio caloris. ¶Tertiū signū. quādo augmētuz non fuerit nō simile principio: idest fuerit simile p̄cipio: q̄ in effime. que nō permutatur ad putridā augmentum in calore similatur principio: sed quādo permutatur multum dissimilatur cū post calorē principij effi. absq̄ pulsus coartatione appareat post ea caloris occultatio cū pulsus coartatiōe ⁊ post ea subleuatio pulsus: et caloris cū acuitate. ¶Aliter possumus exponere q̄ hec tria signa sunt signa permutationis effimere in putridā. ¶Primuz em̄ signuz est: quia augmentū paroxismi est distinctū a principio: nō aūt est sibi permixtū. Dicitur enim permixtū cum principio quando modus caloris principij et augmenti parum differāt. Vel dicitur permixtum: quia subito ascendit nullam faciens moram. ¶Similiter augmentū putride est nō proportionatum: idest non seruans proportionem in partibus suis modo superius exposito. ¶Et tertio augmētum non fuerit simile p̄cipio modo superius expositō: nam scōm hanc vltimā expositionem duobus vltimis signis ly non semel additur: sed in prima bis.

Signa permutationis effimere in putridaz.

¶Et prolixitas augmenti iterum significat q̄ ipsa est putrida: et additio pulsus in magnitudine secundū processionem significat augmentum.

¶Hic ponit septimā collectionē signorum: ⁊ duo dicit. ¶Primū q̄ prolixitas augmenti significat q̄ ipsa est putrida. nam augmentum effimere non transit duas horas: vt dixit Auic. superius in cap̄. de signis effimere in generali: et causa ibidem dicta est. ¶Secundū q̄ augmentū cognoscitur per additionem pulsus in magnitudine scōm proportionem: scz arismeticaz. hoc enim verum est scōm plurimū constante virtute deductis accidentalibus impedimentis. Et quāuis aliquando contingat contrariuz sicut in flegmatica et plerisq̄ alijs in quibus nō vniformiter pulsus magnificatur in augmento: hoc tamen verum est q̄ pulsus magis vniformiter magnificatur in toto augmento quā in alijs temporibus: vt patz intuenti.

¶Amplius autē est interpolata incipiēs cum rigore aut horripilatione: et dimittit secundū plurimum cum sudore et humorositate: et resoluitur cum paroxismis: aut est inseparabilis cum tepore.

¶Ponit octauaz collectionē signorū dicēs: q̄ febris putrida differt ab effimera ⁊ etbica: quia si est interpolata incipit cum rigore et horripilatione. supplete aut frigore: et dimittit scōm plurimū cuz sudore aut humorositate: idest sudore multo: aut pauco: et resoluitur cum paroxismis. hec autē tria simul non reperiūtur in effimera: aut etbica. si aūt sit putrida inseparabilis est scōm plurimū cum tepore: idest remissione inter vnam exacerbationem et aliam. scōm plurimū dico propter finocbā que est omnino siue tepore: ⁊ propter causonem que est sine tepore manifesto.

¶Et non est similis effimere in vrina ⁊ pulsu et complemento mundificationis ⁊ quiete accidentium.

¶Ponit nonā collectionē signoz dicens q̄ differt putrida ab effimera in vrina: quia in ea est parum permutata a dispositione naturali sed in putrida magis. ¶Item in pulsu: quia in effimera secunduz plurimū est magnus velox et frequens absq̄ coartatione et diuersitate et debilitate: sed in putrida est frequens diuersus debilis coartatus. in etbica vero est purus paruus manens secundū habitudinem vnam. De pulsu tamen dictum est quantum



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

oportet in signis generalib⁹ effimerarū. Item dif/fert ab effimera in complemento mundificatiōis. nam post paroxismum effimere subsequitur vera quies: non ita post paroxismū putride. Nam scōz plurimū vapores et materia nō integre resoluun tur. Item immediate post effimeram accidētia si/cut dolor capitis: et similia integre sedantur: non ita post paroxismos putride: quia remanēt vapo res grossi qui non ita resoluūtur.

¶Et plurimum quidem putride sunt acci dentia plurima: ex siti et dolore capitis ⁊ ni gredine lingue: et proprie apud statum et multiplicatur inquietudo ex anguſtia ⁊ agi tatione vehementi quā facit pugna mate/riei: et virtutis. quādoqꝫ enim eleuatur ma/teria: et quandoqꝫ consurgit virtus Et pul sus similiter quandoqꝫ tendit ad magnitu/dinem et fortitudinez. et quandoqꝫ ad par/uitatem et debilitatem ⁊ coartationem.

¶Hic ponit decimā collectionem signorum et est sumpta ex accidentibus. accidētia náqꝫ seua mul/tiplicantur in putridis sicut est dolor capitis ni/gredo lingue et proprie tempore status quando scilicet vapores et materia sunt magis acuti ma/teria magis calefacta: et multiplicat inquietudo ex augustia propter nocumentū oris stomachi se/quens raptum materie ad ipsum. Item multipli/catur inquietudo ex agitatione vehementi sequē/te pugnam inter virtutem et materiam. Nam quā doqꝫ materia vincit quādoqꝫ virtus: et virtute vin cente pulsus magnificatur et fortificatur. Et ecō/tra vincente materia pulsus debilitatur et parui/ficatur. huiusmodi aūt accidentia. nō accidunt in effimeris neqꝫ in etbicis.

¶Durities autem fit quādoqꝫ et nō opor tet semper vt sit nisi sit cum febre apostema durum in quocunqꝫ membro sit. Aut apo/stema in membro duro quāuis non sit du/rum. Aut iam acciderit potus aque frigi/de: aut aliqd aliud de illis q̄ indurāt pulsuz de illis que dicūtur in libro pulsuum.

bumores subtiles taliter digerendi raro reperiũ/ tur in comparatione ad bumores qui digerendi sunt per subtiliationem. Sed ad Gale. secũdo de crisi respondetur ꝙ quocunq; vnico bumore ca/ pto fm speciem plures accidunt febres a colera ꝙ ab alio bũore. ⁊ non solum boc est verũ sed etiã plures accidunt febres a colera ꝙ a reliquis bũo ribus simul vt manifestum est bis qui diu versati sunt in practica. et bec fuit mens Gale. ex qua ta/ men nõ concluditur contra determinationem. qz ille colere fm plurimum sunt grosse. Unde febres fm plurimum occurrentes sunt tertiane nõ pure quarum materia subtiliatione indiget ⁊ fm plu/ rimum sunt coniuncte optlationi quare ⁊c. ¶ Ad rationem aliam conceditur ꝙ plures febres acci/ dũt tempore calido ꝙ frigido: cum quo tamẽ stat ꝙ pendẽt ab bumoribus grossis cum maxime ac cidant in autũno. ¶ Ad quintaz conceditur plures esse febres pestilentiales in quibus ab ini/ tio vtimur aqua frigida et digerentibus frigidis quantuncũq; fm plurimum pendeant ab bumo/ ribus grossis. sed illud facimus coacte nõ regula riter. scd postea in processu procedimus cum sub/ tiliantibus et aperientibus cura regulari. ¶ Ad vltimum conceditur ꝙ pluries sirupo vtimur ace/ toso simplici ⁊ composito et sirupo bisantino. qz valent in materia calida et frigida et aperiũt opi lationes. ¶ Sed nisi esset auctoritas Mesue dicerem sirupum bisantinum et acetosum compositũ ad calidum declinare. Sed quicquid sit digerunt maxime per calida ipsorum compositionez ingre dientia que sunt subtiliantia aperientia et prouo catiua. ¶ Ad rationem autem plusq; Cõmenta/ toris quevidetur. vniuersaliter concludere ꝙ dige stiuum cause coniuncte est vniuersaliter frigidum et siccum cum debeat opponi caliditati et bumi/ ditati eius quod putrefit. Respondetur ꝙ multo tiens grossities et viscositas sunt causa putredi/ nis. et mutotiens probibita transpiratio: que re/ mouende sunt per calida: et per frigida ⁊ ficca fo uerentur et augerentur. vnde magis nocerent ꝙ iuuarent corrumpendo caliditatem et bumiditatem superfluam eius quod digeritur.

**Secundum dubium** vtrũ eũantia sint fm plurimum calida. Arguitur ꝙ non quia eũantia comprimẽdo sunt fm plurimũ frigida sicut mirabolani citonia et similia. ⁊ euacuantia lenicndo sunt frigida sicut viole. ⁊ aliquando sunt circa tẽperamentum sicut manna cassia. Et euacuantia labificando sunt frigida sicut pruna. ⁊ euacuan/ tia eligendo quedam sunt frigida sicut rose mirabolani. Item euacuantia per vomitum sunt frigida sicut acetum et aqua ordei simul mixta. Similiter euacuantia per vrinam sicut semina cõmunia Item euacuantia per sudorez sicut aqua ordei cũ pauco vino. ¶ In oppositum est Auic.

**Pro solutione** notandum ꝙ euacuã tia sunt sexcuplicia q̃ dam euacuant per secessum quedam per vomitũ quedam per vrinam. quedam per sudorem. que/ dam aperiendo orificia venarum apertione san/ guinem manare faciente. quedam euacuant mem bra particularia per ductus et vias sibi proprias sicut cerebrum per nares et colatorium. pulmonẽ per cãnam eius matricem per colluz eius. ¶ Eua cuantia autem per secessum. quedam euacuãt cõ primendo idest constringendo intestina in parte superiori ita vt per constrictionem fiat expressio obiecti expellendi ad inferiora. et ex boc genere sunt mirabolani: licet etiam euacuent eligendo. Item citonia pira: ⁊ similia stiptica post alium ci bum sumpta. ¶ Et quedam euacuant labificando sicut pruna idest applanando superficiem mẽ bri: idest intestinorum per que fit expulsio: ita vt su perficies ipsorum fiat plana nõ aspera et inequa lis vt obiectum expellendum lubrificet per ipsaz ¶ Quedam euacuant lenicndo idest bumectando et mollificando obiectum expellendum sicut vio/ le manna et cassia. Euacuare autem lubricando credo ꝙ sit idem quod euacuare labificãdo vt vo/ cabuluz sonat ant si differt credo quod simul com prebendat euacuationem labificatiuam et lenitiuam sicut euacuatio facta per oleum et iura pin/ guia que simul obiectum mollificant et superfi/ ciem applanant. ¶ Quedam autem euacuant eligendo: idest determinatum bumorem per suam proprietatem ad se attrabendo. ¶ Et bec sunt duplicia. quedam fortia dicta exoluentia: ⁊ bec vni/ uersaliter sunt calida. quedaz sunt debilia que dicuntur solutiua benedicta. ¶ Et borum quedam sunt calida sicut reubarbarum aloes: ⁊ similia. q̃/ dam sunt frigida sicut mirabolani viole rose. ⁊ si/ milia. licet forte buiusmodi secũdum partem fm quam eligunt sint calida. ¶ Ordinauit nanq; na/ tura vt proprietati specifice attrabenti coniunge retur qualitas prima attractiua scz caliditas vt per eam iuuaretur. quapropter comprebẽdimus violis: et ꝓprie ficcis amaritudinem quandam significantez caliditatem qua sua proprietas spe cifica iuuatur in attrabendo boc. ¶ Quedam eua cuantia per secessum euacuant dissoluendo sicut piper. quedam abstergendo vt mel: quedam pun/ gendo et stimulando sicut acetum et similia acu/ ta. quapropter. 16ª. tertij. inueniesquedã antido ta solutiua in quibus nullum est solutiuum scõm aliquem quatuor modorum suprascriptorum. Multa tamẽ reperiũtur solutiua que multis mo dis ex suprascriptis possunt euacuare sicut mira/ bolani qui euacuant comprimeendo et eligen/ do: sicut pruna et tamarindi qui euacuãt labifi/ cando et eligendo. et mãna et cassia lenicndo et eligendo. Succus autem granati acris et granati dulcis expressus cum cortice interiori quãtitatis quatuor. ʒ. cuz duabus. ʒ. zuccari euacuant abster gendo per zucca. lenicndo per succum granati dulcis. incidendo pungendo stimulando per suc/ cũ granati acris et cõprimendo p stipticitatẽ suã

**Sed respondendo** ad quesitum dico ꝙ solu/ tiua exoluentia sunt vniuersaliter calida. Soluen tia benedicta quedam calida: quedam frigida. Soluenda cõprimendo sunt fm plurimũ frigida Solutiua lenicndo sunt bumida. quandoq; frigi da. quandoq; calida. quandoq; temperata. Solu tiua labificando. quandoq; frigida. quandoq; ca lida. Euacuantia autem dissoluendo abstergen/ do pungẽdo et stimulando sunt fm plurimũ cali/ da. Euacuantia autem per vomitũ leuia quedam sunt frigida sicut semẽ atriplicis et aqua tepida cum pauco aceti. quedam sunt calida sicut flos ge nestre agaricus. Fortia autem vomitiua sunt vni uersaliter calida sicut succus rapbani granũ re/ gum siue catapucia. Elleborus autem est vlimus et bec vomitiua quandoq; prouocant per quali/ tates manifestas vt puta pungendo stimulan/ do et in stomacbo leuigando. Quedam per pro/ prietates occultas eligendo proprios bumo/

De solutiõib⁹ et spẽbus solu tiuorum nota/ tu dignum.

Quot modis solutio.

res ſm naturam vomitiui. euacuantia antez per vrinā q̄dā euacuāt per ꝓprietates būoꝛes eligendo ſicut aſſarū eligens coleram ⁊ flegma. Quedā a proꝓrietate petunt vias vrine licet non eligant humoꝛes determinatos ſicut cantarides. quare tanta eſt vis vt etiam exterius applicitis prouocent vrinam et quandoq; excoꝛiant vias vrine et proꝓrie veſicam ita vt ex ea ſanguis emanet. et be omnes ſunt calide. Quedam euacuant per qualitates manifeſtas. et bec ſunt duplicia. quedam prouocant vrinam ſua aquoſitate lauāte ſicut aqua cucurbite melonis ⁊ anguꝛie et bec ſunt frigida. Quedam ſunt diuretica ideſt prouocantia vrinaz diſſoluendo humiditates in humiditatem aquoſam ſicut apium radices ſparagi et ſimilia. et bec ſunt calida. Sed dubium eſt de ſeminibus communibus frigidis quomodo prouocant vrinam. Aliqui credunt boc eſſe ex humiditate aquoſa in ipſis derelicta. Aliqui credunt boc eſſe propter caliditatem aliquam in ipſis exiſtentem. Aliqui dicunt boc eſſe a proꝓrietate et forte omnia bec ſimul concurrunt. bec autem frigida ſunt. Euacuātia autem per ſudoꝛē quedaz ſunt leuia ſicut aqua oꝛdei cum pauco vini ſubtilis. et bec ſunt frigida. Quedam ſunt prouocantia ſudoꝛem diſſoluendo humiditates in vapoꝛem groſſum. et bec ſunt calida et calidioꝛa q̄ prouocantia vrinam preter cantarides. opus enim eſt maioꝛi caliditate ad diſſoluendum humiditatem in vapoꝛem groſſum q̄ ad ſubtiliādum humiditates groſſas in aquoſitatem. Et medicamen de aſſa eſt de foꝛtiter prouocantibus ſudoꝛem. Euacuantia autem aperiēdo extremitates venarum apertione ſanguinem manare faciente. quedam faciunt boc a proꝓrietate ſicut aloes necnō multe ex medicinis exoluētibus. quedam faciunt illud per qualitates manifeſtas ſicut omnia aperitiua. ⁊ manifeſtum eſt bec omnia eſſe notabiliter calida. Euacuantia autez membꝛa particularia ſicut cereboꝛum pulmonem et matricem omnia bec ſm plurimum ſunt calida

Concluſiones de natura ſolutiuoꝛum valde notande.

¶ Ex quibus tandem concluditur reſponſio ad queſitum per bas concluſiones. Prima concluſio. Euacuantia autem de entibus mundi per quancunq; viam ex iam dictis plura ſunt calida q̄ frigida. bec cōcluſio patet ex ſupꝛaſcriptis. ¶ Secūda cōcluſio. euacuantia quibus vtimur pro curatione febꝛium putridarum ſunt ſm plurimum calida. pꝛobatur. nam electiue euacuantia materias pꝛopꝛias febꝛis per ſeceſſum quibus vtimur ſunt ſm plurimum calida. euacuantia autem materias communes aliquando ſunt calida. Similiter euacuantia per alias vias quibus vtimur ſm plurimum ſunt calida: vt patet diſcurrendo per ſingula. Et ex bis facilis eſt reſponſio ad ratiōes adductas ante oppoſitum.

¶ Et tunc opoꝛtet vt obſeruet magis timoꝛoſa de vna duarum.

¶ In bac parte Auicen. oſtendit in generali quebarum duarum intentionum cum adinuicem contrariantur ſit obſeruanda dicens: q̄ opoꝛtet vt obſeruetur magis timoꝛoſa de vna duarum reruz id eſt duarum intentionum adinuicem contrariarum. Illa autem dicitur magis timoꝛoſa que ſi omittatur maius imminet periculum. ergo ſi intētio ad febꝛem ſit magis timoꝛoſa obſeruabimus illam et pꝛocedemus cum infrigidantibus et extinguētibus non neglecto tamen humoꝛe. Si veꝛo intentio ad humoꝛem ſit magis timoꝛoſa dige



remus ⁊ euacuabimus nō negligendo febꝛem. Et banc ſententiam vult Auicenna quarta primi vltimo capitulo.

¶ Et foꝛtaſſe contrariū eſt illud quodconuenit febꝛi de infrigidatione cum eis que ſunt ſicut melones indi: et reliqua olera ei quod conuenit materiei de minoꝛatione.

¶ In parte preſenti Auicen. declarat q̄ aliquādo illud quod conuenit ratione febꝛis nocet ratione humoꝛis. ſecūdo infert tria coꝛrelaria. ſecūda ibi (Quare.) ¶ De prima parte dicit. q̄ foꝛtaſſe. id eſt aliquando illud quod conuenit febꝛi de infrigidatione cum eis que ſunt ſicut melones indi et reliqua olera contrariantur illi quod requirit humoꝛ de digeſtione euacuatione et reſolutione.

¶ Quare pꝛobibet illud dare ea in potu niſi vbi nō eſt materia. et omnino ſolicitudo ſit vt poſtponatur aqua fructuū vſq; ad bebdomadam. ⁊ ſit contentus aqua oꝛdei. Et omnes fructus nocent febꝛicitantibus cuz ebulitiōe ſua ⁊ coꝛruptiōe ſua i ſtomacho.

Tria coꝛrelaria.

¶ In preſenti parte infert tria coꝛrelaria. ¶ Primum q̄ illud: ſcilicet conferre febꝛi et nocere humoꝛi pꝛobibet ea ſcilicet melones indos et reliqua olerea et aquam eoꝛum dari in potu niſi vbi non eſt materia ideſt niſi in febꝛibus immaterialibus ſicut eſt etbica et effimera. ¶ Secundum coꝛrelariū q̄ omnino ſolicitudo ſit ideſt medicus ſit ſollicitus q̄ bec aqua fructuum ſcilicet melonis indi ⁊ reliquoꝛum ſimilium ſicut cucumeris citruli et ſimilium fructuum facile putreſcibiliū poſtponant vſq; ad bebdomadam in febꝛibus putridis et interim ſit contentus aqua oꝛdei. ¶ Tertiū coꝛrelariū. omnes fructus nocent febꝛicitanti ſcilicet febꝛe putrida cum ebulitione ſua et coꝛruptione ſua in ſtomacbo.

Quid melo indus.

¶ Nota pꝛimo. q̄ melo indus melo magnus viridis: cucumer ſarracenicus. dualba anguria idem ſignificant. Et apud Serapionem auctoꝛitate Rafis. eſt foꝛtis humectationis et extinctionis. et conuenit in febꝛibus adurentibus ⁊ eſt frigidioꝛ aliꝭ ſpeciebus melonum.

De cucumere.

Cucumer vero aliter dictum cbiar eſt dure digeſtionis generans cbimum malum paratum coꝛruptioni ſiue coꝛrumpi et fieri materiam febꝛium putridarum. quanuis melo ſit citius coꝛruptibilis et frigidus et humidus in ſecūdo. et boc eſt illud quod vocatur cucumer in Lombardia et in marcbia triuiſana et mollificat ventrem ⁊ pꝛouocat vrinā. Citrullus autem aliter dictus gacbe eſt frigidioꝛ cucumere et generat cbimum viſcoſum et humoꝛes crudos in venis et accidūt ex vſu eius febꝛes antique male. nec pꝛouocat vrinā ſicut meloꝛ ⁊ nocet ſtomacbo. aqua cucumeris et citrulli confert inflammationi febꝛium ⁊ ſedat ſitim et laxat ventrem laxatione bona et ſine nocumento aliquoꝛ ⁊ debet buliri cum zuccaro albo. doſis cuiuſcunq; eoꝛum eſt ab. ℥. iiij. vſq; ad. vj. non opoꝛtet tamen vt detur babenti naturam duram ad mouendum quia non laxaret.

De citrullo.

¶ Credo q̄ citrullus minoꝛ ſit cucumere. Melo aliter dictus batbeca apud Serapionem cuius ſubſtantia dum eſt maturus eſt ſubtilis et non perfecte maturi ſubſtātia eſt groſſa infrigidat ⁊ bumectat in ſecundo gradu. et ſecunda virtus abſtergit et incidit. ſed tertia pꝛouocat vrinā.

Serapio.

¶ Credo q̄ apō Aui. batbeca ſit termin⁹ cōis ad pluresſpēs melonū. dicit eiꝰ q̄ melo eſt meliꝰis būoꝛis q̄ reliq

Batbeca.

batbece

batbece. Concordat tñ cum Seraphione in virtu/ tibus eius. Pepo aũt est melo .sed ōr pepo quasi pepasim passus. Et Symon Januẽsis nō discre pat ab Auicenna. nec Seraphione. dicit enim sic. Dulla arabice melo magnus viridis .batbeca arabice melo magn⁹ viridis q̄ anguria a q̄busdã vocatur vel alius melo qui aprecuneti vocatur sic locutus est enim sub dissunctione .¶ Ego tamen credo q̄ pepo siue melo bene conditionatus parũ transcendat primum gradum propter bonitatez sue dulcedis. Et q̄ Aui. in cap°. de q̄rtana cõpa/ rãs ipm lactuce inuit ipm esse min⁹ frigidũ lactu ca. cum tamen lactuca secũdo canone sit frigida in secũdo. Est tamen multum prouocans vrinam cum nõ concedat ipsum in quartana ꝓpter vehe mentiam prouocationis ꝓducendis ad ingrossa tionem sanguinis. ¶ Cucurbita autem frigida et humida in secũdo pauci et boni nutrimenti ꝛ ve/ locis digestionis si nõ corrumpitur in stomacho et cõfert febribus colericis. ¶ Melongena apud Auicen. scõo canone capitulo ꝓprio. est calida et sicca in secũdo: licet apud quosdam sit frigida ge nerat humores melãcolicos preparãtes ad egri/ tudines melancolicas. recens tamẽ est minus ma la antiqua. Cum ergo hic dicat Auic. melonem in dum ꝛ reliqua olera cõuenire ratione febris intel ligit de oĩbus preterq̄ de melõgena. Nocent aũt ratione humoris cum neruos infrigident et hu/ mectent ꝛ ꝓhibeant resolutionem et generent cbi mos malos putrescibiles. Cucurbita tamẽ est mi nus mala ceteris: immo optime confert in febri/ bus colericis. ꝛ ꝓprie si debite coquaẽ ꝛ ꝓparet. ¶ Notandum scõo. q̄ hoc vocabulum bolus est latius apud arabes q̄ apud nos. Maz apud nos solum herbas significat sed apud Arabes significat herbas ꝛ etiam fructus qui nõ nascũtur ex plãta lignea sicut illi de quibus sermo precessit.

cucurbita.

**Dubitatur** vtrum aqua fructuuz debeat postponi vsq̄ ad hebdoma/ dam. Pro solutione huius notandum aquam fru ctuum et cuiuscũq̄ alteri⁹ rei tria apud medicos significare. Quandoq̄ eñ significat succũ. quan/ doq̄ aquam decoctionis. quandoq̄ aquam distil lationis. Et de his tribus modis est sermo in tex tu presenti. ¶ Notandum secundo tres apud me/ dicos reperiri aquas fructuum differentes ſm di uersitates eorum ex quibus fiunt. Prima est aqua decoctionis quorundam fructuum solutiuorum si cut prunorum tamarindorum iuiubarum sebesten cum quibus ad buliendum aliquando adduntur viole. ꝛ cum borum decoctione aliquando cassia vel manna distemperatur. Et hec aqua fructuum multotiens datur in principio febriũ ante hebdo madam ad infrigidandum lenendum ventrem. et quandoq̄ ad minorandum materias proprias et sunt eius varie descriptiones apud auctores ſm diuersarum febrium exigentiam. Et Mesue ponit distinctione septima descriptionem aque fructuum et multas alias decoctiones ꝛ infusio/ nes. et de hac aqua fructuũ nõ intelligit hic Aui. ¶ Secũda aqua fructuum est succus quorundam fructuum acetosorum sicut granatorum limonuz citrullorum acetositas citri. ꝛ hec multotiens da/ tur in principio febrium ante hebdomadam ad extinctionem caliditatis et ꝓhibendam mali/ gnam putredinem aut ipsius additionem ꝛ cor/ dis confortationem ſm q̄ multotiens est necessa rium in pestilẽtialibus. ꝛ de hac nõ est hic sermo. ¶ Tertia aqua fructuum est aqua decoctiõis aut expressionis aut distillationis fructuum superius memoratorum sicut angurie melonis cucumeris citrulli cucurbite. His adde aquam pomorum pi rorum persicorum: et similium facile putrescibi/ lium que aqua non est lenitiua sicut prima licet sit prouocatiua. nec prohibet putredinem sicut se cunda: immo potius est parata ad inducendum aut augendum putredinem de hac est sermo in textu. Et prohibetur ante septimum quousq̄ ma teria sit manifeste digestaꝛ multum minorata. tũc enim minora potest facere nocumenta.

**Sed contra** quia Halitabasi principio tertiane concedit aquam anguric. Idem facit Auerroys septimo colliget. Halyabas.

¶ Amplius Auicenna in regimine acutorum. dat aquam cucurbite cucumeris et melonis gratia extinctionis caloris putredinalis sed necessitas extinctionis potest esse ante digestionem. ¶ Am/ plius Auicen. multotiens laudat melonem cucu/ merẽ et cucubitam in tertiana nõ determinando tempus digestionis. ¶ Amplius Auicen. in cura syncopalis minute dat panem in aqua fructuum et videtur q̄ intelligat de aqua melonum: ꝛ simi/ lium: necnon pirorum et pomorum: quod appa/ ret. nõ enim intelligit q̄ panis detur cum aqua in qua sit cassia ꝛ huiusmodi solutiua: nec cum aqua granatorum aranceorum. ꝛ similium. quia statim de his dixerat in isto capitulo. ¶ Amplius cassius felix in causone vtitur succo cucurbite. ¶ Preter ea si aqua huiusmodi disponit ad putredinem non debet concedi ante hebdomadam nec post hebdomadam.

De aqua an/ gurie.

**Pro solutione** horum sciendũ q̄ aq̄ anguric cucumeris et similium facile putrescibiliuz ex parte iuuat in fe bribus putridis extinguendo caliditatem febri/ lem propterea dixit q̄ melones indi et reliqua olera conueniunt febri infrigidando et similiter eorum aqua. Ex parte autem nocet. quia aqua huiusmodi et similiter fructus ipsi ex quibus fit sunt parati corruptioni propter humidumaqueũ aptum ebulitioni ꝛ putrefactioni. et quia a pro/ prietate quasi generant materias malignas vt in telligitur a doctoribus arabib⁹ omnib⁹. vnde hec aqua est apta multum nocere ratione humoris. Verum si detur post hebdomadam idest apparen tibus signis manifeste digestionis et materia mi norata est apta minus nocere cum virtus magis dominetur materiei nec sinit in ea malignam pro cedere putredinem. verum ſm diuersitatez febriũ putridarum est apta magis aut minus nocere et iuuare. In flegmaticis quidem nullo modo con/ uenit. quia ratione febris non est proportionatũ infrigidans: immo nimium excedens et ratione humoris. vt manifestum est apta maxime nocere nisi forte esset causon a flegmate salso. ¶ In me/ lancolicis autem similiter ratiõe febris est nimis excessiuum infrigidans. et ratione humoris non conuenit quia nimis ingrossat et facit ineptum euacuationi. et forte superflue prouocando nocet vt voluit Auicenna in capitulo de quartana lo/ quens de melone dulci qui minus ceteris fru/ ctibus de quibus supra infrigidat. ¶ Verum in quartana continua pendente a melancolia gent ta per adustionem colere fortasse posset concedi aut saltẽ minus noceret q̄ in reliquis quartanis. ¶ Sz in sanguinea esset ꝓportionatũ infrigidãs sed forte noceret supflue bũectãdo: sz rõne bũoris s. sanguis putrẽtis est apta multũ obesse ꝛ paruz

Auerroys.

prodesse:ſz in febribus colericis ⁊ proprie pendē tibus a materia ſubtili eſt apta multū ꝓdesse.tuz ratione febris tum ratione humoris. Propterea in his auctores quidam ſicut Aliabas Auerroys. Aui.in capło de tertiana.cōceſſerunt eam a prin/cipio eſtimantes ipſam plus iuuare ꝙ nocere.ſed in colericis pendentibus a colera groſſa eſt meli⁹ expectare digeſtionem et aliqualem minoratione Jn colericis itaq; a colera ſubtili ab initio cōceſ/ſa poſſet magis iuuare ꝙ nocere. Sed ī colericis a colera groſſa ab initio magis noceret ꝙ iuua/ret.Sed poſt hebdomadam ad intellectum datuz eſt apta magis iuuare ꝙ nocere. Jn reliquis autē putridis eſt ante hebdomadam et poſt apta mul tum nocere et parum ꝓdesse.minus tamē noceret in cauſone a flegmate ſalſo .⁊ in quartana conti/nua a melancolia genita per aduſtionem colere. ſed in peſtilentialib⁹ eſt multomagis apta obeſſe ꝙ ꝓdesse cuz in eis semp oporteat tueri cor ⁊ de/fendere a maligna putredine. quod magis facit aqua fructuum acetoſorum. Jn effimeris autem eſt apta conferre.Jn etbicis infrigidando ⁊ bu/mectando confert.verum ſuperflue ꝓuocando no ceret.Uerum aqua ordei eſt conuenētior ꝙ aqua hutuſmodi .cōuenit enim ratione humoris et ra/tione febris.Propterea dixit Auicē.Sis content⁹ aqua ordei et poſtponatur aqua fructuum.¶Ue/rum in febribus ardentibus fortaſſe nō eſſet in ea ſufficiēs infrigidatio ⁊ humectatio ſicut in aqua angurie et cucurbite.¶Sed hic cōſiderandū quā/do cogit te neceſſitas ad vſuz hmōi aque fructuū medicus debet eius malitiam corrigere cū deco/ctione que fiet hoc modo. Jnuoluimus anguriaz aut cucurbitam in paſta ⁊ ponimus in furno.⁊ qñ paſta exterius appoſita erit decocta confidimus ꝙ aqua intrinſeca ꝓ angurie aut cucurbite erit de/cocta ⁊ tunc remota paſta perforamus cucurbitā aut angurīā ac ſi eſſet veges et extrahimus aquā quam volumus:et poſtea claudimus cuz ſpina et haurimus de ea ſm opportunitatem. verum non eſt ita guſtui delectabilis ſaltem aqua anguric ſi/cut ſuccus eius ore expreſſus. Et ex his ptz reſpō/ſio ad rationes ꝓbantes aquam hmōi compete/tere in ꝓncipio.⁊ ad vltimam rationem probantē ipſam conuenire poſt hebdomadam.

**Dubitatur** pro declaratione tertij corre/larij.vtrū omnes fructus no/ceant cum ebulitione ſua et corruptiōe ſua in ſto macho.¶Arguitur ꝙ nō.primo q: granata aceto ſa:et pruna damaſcena:acetoſitas citri ⁊ limōis recentis ⁊ arācei ꝓbibent ebulitionē ⁊ corruptio nem in ſtomacho et reprimunt coleram:quod non facerent ſi ebulirent ⁊ corrumperentur in ſtoma/cho.ergo nō nocent febricitanti.tenet cōſequen/tia.⁊ aſſumptum eſt Aui.et reliquorum auctorum in capitulis ꝓprijs.¶Et cōfirmatur.q: a b omni bus auctoribus ⁊ ex cōmuni vſu practicantiū con ceduntur in febribus peſtilentialib⁹ ad extinctio nem caloris febris ⁊ prohibitionem maligne pu tredinis.¶Amplius in capitulo de cura tertiane vult Aui ꝙ quando eſt neceſſaria ſubtiliatio regi minis detur in potu aqua granatorū et aqua me lonis indi.conſtat autem ꝙ ſubtiliatio eſt neceſſa ria in ſtatu quando eſt maxima ebulitio.ergo vi/detur ꝙ iſti fruct⁹ nō ſint apti ebultre. ¶Amplius dicit Auic.ꝙ melo indus eſt vehementis iuuamē/ti in tertiana et ꝙ fortaſſe nō nocet niſi parum.⁊ ſi militer de ſucco limonis nō ſaliti ⁊ de ſucco ace/toſitatis citri.¶Preterea in febribus multe inflā

An omnes fru/ct⁹ noceāt ſua ebulitione.

mationis ſicut eſt cauſon tertiana ab omnib⁹ au/ctoribus hi fructus cōceduntur.Et dicunt de me lone indo ꝙ ē maximi iuuamēti.Maz cū hoc ꝙ ſol uit ⁊ ꝓuocat et frangit vehementiam caloris ⁊ fa cit ſudare fortaſſe nō nocet niſi parum. ¶Preter/ea medici moderni ꝓcedūt febricitātib⁹ poma ⁊ pira cocta.et aliquando concedūt amigdalas pi neas ⁊ phiſtica.

**Pro ſolutione** huius dubij premittē dum ꝙ aliqui fructus ſunt opiri.i.multuz būidi ſiue ſucci:ſicut vue ficus pepones anguric cucurbite poma pira ceraſa p/ſica:⁊ ſimilia.Quidam ſunt pauci ſucci ſicut auel lane caſtanee pinee nuces amigdale fiſtica:⁊ ſimi les.Sed de primis fructibus multi ſucci prio du bīū expediemus.deinde de fructibus pauci ſucci.

**Pro declaratione** primi premittā/tur quedam ꝓpo ſitiones.¶Prima omnes fructus multi ſucci ba/bent aliquam partem ſui humidi aptam ebulire ⁊ in ſtomacho corrumpi.¶Secūda ꝓpoſitio.Nō omnes fructus multi ſucci equaliter participant de hoc humido apto ebulitioni ⁊ corruptioni:im mo quidam multum de ipſo participāt ſicut vue ficus ⁊ alia ſupraſcripta.Quidam parū ſicut gra nata ⁊ ꝓprie muza:et acetoſa acetoſitas citri arā cei limonis pruna damaſcena:⁊ ſimiles.¶Tertia ꝓpoſitio.multum participantes de humido pu/trefcibili quidā ſunt debilis complexionis quorū aquoſitas per primam digeſtionem ſeparatur a parte in ſanguinem cōuertendā ſicut ficus ⁊ vue. hinc eſt ꝙ tales lubricant ventrem. Quidam ſunt fortis complexionis quorum humiditas nō ſepa ratur a ſanguine nec a parte in ſanguinem cōuer/tenda.nec per primam digeſtionem nec per ſecū/dam ſicut pira poma perſica et ſimilia.⁊ iſti cum comeduntur neq; leniunt ventrem neq; prouocāt vrinam.⁊ iſtorum humiditas remanet in ſangui/ne qui ſanguis facile putret.quia calor naturalis nō poteſt ſufficienter ſuum humidum regulare. ¶Quidam autem ſunt complexionis medie ⁊ bo rum humiditas non ſeparatur a parte in ſangui/nem conuertēda per primā digeſtionem propter ea nō lubricat ventrem :ſed bene ſeparatur per digeſtionem ſecundam propterea prouocant vri nam ſicut pepones anguric:et ſimiles.Comple/xio autem iſta fortis debilis et media ita etiā po teſt reperiri in parum participantibus de hoc hu mido putrefcibili ſicut in multum participanti/bus de eo.¶Quarta propoſitio.in multis fructi/bus preter partem ebulitioni et corruptioni pa/ratam inuenitur pars infrigidatiua que in ſtoma cho prohibet ebulitionem malam et corruptio/nem.et que ad venas tracta infrigidat ſangui/nem in venis et reprimit calorem. Et iſtorum quidam habent talem partem multum reſiſten/tem putrefactioni ſicut granata et alia aceto/ſa de quibus ſupra ſicut acetoſitas citri limonis arancei prunorum damaſcenorum:et ſimilium. Quidam habent talem partem non multum reſi/ſtentez ſicut poma pira ceraſa:⁊ ſimilia.¶Ex quo infertur ꝙ in multis fructibus reperitur virtus re primens ebulitionem dominans ſupra virtutem ebulire facientez.⁊ prohibitio maior putredinis ꝙ aptitudo ad putrefactionē.⁊ in aliquib⁹ econtra

Propoſitiōes notande.

**Jbis ita premiſſis** reſpondeamus ad queſitū per infraſcriptas concluſiones.¶Prima.omnes fru/ctus et ꝓprie opiri nocent febricitantibus febri/bus putridis

Concluſiones in materia fr ctuz valden tande.

bus putridis cū ebulitione sua et corruptione sua in stomacho:et quādoq; in alijs membris. Ista cōclusio patet ex prima propositione:& hec est respō siua ad dubium. ¶ Secunda conclusio. fructus magis participātes humido ebulitioni et corruptioni parato magis vitandi sunt in febribus putridis:et econtra qui minus participant liberius cōcedi possunt. horum autem exempla patent ex suprascriptis. ¶ Tertia conclusio. fructus debilis et medie complexionis liberius concedi possunt quā fructus fortis cōplexionis ceteris paribus. Probatur. nam in primis humiditas putrescibilis seperatur a sanguine & a parte in sanguinem cōuertenda per primam aut secundam digestionem: in alijs autem minime. Quapropter ex ipsis generatur sanguis maxime putrescibilis. ¶ Preterea in his est apta fieri ebulitio et corruptio in prima secunda et tertia digestione magis quā in alijs. horum exempla superius posita sunt. ¶ Quarta conclusio. fructus in quibus reperitur humidū multū resistens ebulitioni et corruptioni: cum hoc tamē est de humido ebulitioni et corruptioni parato: liberius ceteris in febribus putridis concedi possunt sicut granata acetositas citri limonis & similes. Et econtra oppositio modo se habentes magis prohibendi sunt in febribus putridis sicut poma pira perfica:et similia. In primis enim dominatur virtus resistens ebulitioni et corruptioni supra virtutem parantem ebulitionem et corruptionem: in alijs autem econtra. ¶ Quinta conclusio. hi fructus multū ebulitioni et corruptioni parati multum per decoctionem corriguntur sicut poma pira et pfica. Unde in febribus putridis magis cōcedi possunt quā ipsa cruda propterea perfica cocta conceduntur aliquando in quartanis & poma cocta in colericis. ¶ Similiter dicitur de succis ad solem vel per decoctionē inspissatis. eorum enim humidum putrescibile euaporat. Et similiter de uuis & ficubus soli solatis:aut in furno coctis. Uerum ista poma et pira cocta similiter vue subsolate:et similia conceduntur multotiēs gratia restaurationis appetitus magis quā gratia febris. Et huiusmodi poma pira et citonia cum concedantur ratione appetitus et vt minus sint putrescibilia debent assari. Si vero queris eorum maiorem infrigidationem et humectationē in febribus potius elixentur. De pomis tamen dicit Auerroys quinto colliget autoritate Auēzoar q̄ sunt pessima generantia ventositates in digestione tertia que difficulter dissoluūtur. Et Rabi Moyses secunda particula affortismorū autoritate filij zoar Maluz sui odore corroborat cor et cerebrū: & eius odor est vtilis ptificiset melancolicis: sed cibatio eius est peior omni cibatione fructuū: quia sui proprietate generat ventositatem in neruo et lacerto que non nisi cum difficultate dissoluitur: propterea non ex leui causa in putridis concedenda sunt neq; cruda neq; cocta et non concedantur in multa quantitate. Pira tamen & citonia vbi cum febre coniungeretur fluxus ventris conceduntur ratione fluxus non ratione febris. Similiter ad sistendum vomitum Et hec sufficiant de fructibus oporis de quibus maxime in parte presenti intellexit Aui. ¶ Sz de fructibus pauci succi nūc agendum est sicut sunt castanee auellane amigdale pinee nuces pbistica. hi quidem fructus in comparatione ad opiros habent parum de humido ebulitioni et corruptioni parato. Nocent tamen communiter in febribus putridis. ¶ Castanea nocet quia stiptica opilatiua difficilis digestionis. ¶ Auellane calide sunt nullo modo comedēde in febribus acutis. Sed aliqualiter rorefacte cōmuniter ab ipsis medicis conceduntur in confortatione epatis frigidi. ¶ Sed amigdale sunt temperate in actiuis declinantes ad humidū difficiliorīs digestionis quā nuces. Quapropter si volumus eas concedere mundande sunt cum aqua calida a cortice exteriori. Et terende sunt forti contritione & in ferculis ponende. sunt enim gustui delectabiles. ¶ Pinee declinantes ad calidum et humidum satis nutriunt et pulmonem mundificant a sanie: sz ante exhibitionem preparande sunt quater ipsas lauando cum aqua calida et quater ipsas exiccando: et hoc modo preparate conueniunt ptisicis et febricitantibus in quibus est necessarium mundificare pulmonem. ¶ Pbistica calida in fine secundi declinantia ad humidum multum valent in confortatione epatis et stomachi frigidi: & aperiunt opilationes. conceduntur ergo in febribus flegmaticis et melancolicis et proprie iam digesta et minorata materia quando esset opus cōfortatione stomachi et epatis. ¶ In nuce nullum inuenio iuuamentum in febribus. est enim notabiliter calida scōm aliquos in principio tertij. est mala stomacho difficilis digestionis mali chimi cōuertibilis ad coleram.

**Ad rationes** in oppositum. ¶ Ad primam dico q̄ granata acetositas citri:et similia:licet habeāt aliquid humidi ebulibilis:et corruptioni parati: conceduntur tamen in febribus acutis cum magis iuuent per partem frigidam resistentez putredini quā noceāt per paucum humidum putrescibile. ¶ Ex quo infertur q̄ si succi huiusmodi fructuum essent depurati aut inspissati ad solem aut per decoctionem essent prestantiores et securius administrarentur quā ipsi nouiter expressi. ¶ Et ad confirmationē dicitur similiter ipsos magis conferre in pestilentialibus et reliquis febribus ardentibus per partem resistentem putredini quā noceant per partez ebulitioni paratam. ¶ Ad aliam confirmationem respondetur similiter q̄ quando in statu est maxima ebulitio confidimus ipsos per partem infrigidantem magis sedare ebulitionem quam augere per paruam partem ebulitioni paratam. Et similiter respondetur ad reliquas replicationes. ¶ Ubi vero febris non esset tante intensionis & pēderet ab humore grosso horum nocumētum quod faceret ingrossando materiam: et per partem ebulitioni paratam esset maius q̄ iuuamentum per partem infrigidantem: immo simul nocerent per vtranq; partem. ¶ Conceduntur itaq; in febribus multe inflāmationis et pendentibus ab humoribus subtilibus etiam ab ipso initio. Sed vbi esset grossities materie cum multa inflammatione concedātur post hebdomadam: idest materia digesta et minorata. Ubi vero materia esset grossa: et febris pauce inflāmationis nullo modo concedun-

De succis ad sol. vel ispissatis.

Auerroys.

Auenzoar.

Rabi moyses.

tur. ¶ De pomis autem et piris dico q̄ multotiēs conceduntur per errorē et pro voluptatibus egrorum: cum aliquando plus conferāt rectificando appetitum et faciendo stomachum melius amplecti cibum quam noceant propter humidum ebulibile: vt dictum fuit in corpore questionis: et ppte quando sunt sufficienter assata: sed de his satis. ¶ De fructibus autem pauci succi sicut amigdale auellane castanee nuces pinee pbistica sufficiēter dictum est in quibus casibus conferunt: in quibus

De pomis et piris.

noceant et quomodo sint preparandi.

¶Et multotiens quidē inuenitur res que digerit et subtiliat et infrigidat cum euacuatione sicut sirupus acetosus.

¶In parte presenti Auicenna ostendit in vsu cuiusdam rei vtilis et conuenientis quandoq; duas intentiones cōuenire suprascriptas: scilicet in vsu sirupi acetosi. Dicit ergo quod multotiens reperitur res que digerit et subtiliat et euacuat: infrigidans etiam sicut sirupus acetosus. ¶Circa quam partem notandum quod quando absolute profertur sirupus acetosus intelligitur de illo qui fit ex aceto aqua et zuccaro quorum proportio ponetur infertus in capitulo proprio. et dicentur ibi iuuamenta sua. Sed hic dicemus quantum est expediens huic proposito. ¶Dic ergo sirupus per aquā et acetum infrigidat: et sic conuenit ratione febris. et per acetum incidit materias viscosas. et per zuccarum abstergit eas a membrorum superficie. et sic per vtrunq; digerit. Euacuat autem q; omne absterssiuum est quodammodo ventris subductiuum et proprie vbi fuerit incisiuo coniunctus adiuuante absterssiuus diuidendo obiectum expelibile et punctione sua expulsiuā stimulando.

¶Et scias quod febris quandoq; est tante vehementie et acuitatis: quod non licet vti regimine cause: immo indiget infrigidatione vltima: et proprie cum nō inuenis virtutem fortem resistentē tolerantem.

¶Cum Auicenna in parte generali. ostenderit stātē contrarietate in executione duarum intentionū quarum altera debetur febri altera debetur humori ad quam intentionem debeat medicus se conuertere quia ad illaz que est magis timorosa. idest de cuius omissione minor sequitur timor. ¶In parte presenti ostēdit hoc in speciali. Et habet hec pars tres partes. In pria ostendit in quo casu et ex quibus causis medicus se debet conuertere ad febrē. In secunda parte ostēdit in quo casu et ex quibus causis medicus debet se conuertere ad causam: scilicet ad humorem. In tertia parte remouet dubium. secunda ibi. (Quod si.) tertia ibi. (Quod si) ¶In prima parte dicit. Scias quod febris quandoq; est tante vehementie: scilicet quo ad multitudinem caliditatis et acuitatis quo ad intensionez quod non licet vti regimine cause: idest humoris ipsum digerendo ⁊ euacuando: immo indiget: scilicet ipsa febris infrigidatione vltima ad festinaz ipsius extinctionem. et proprie cum non inuenis virtutem resistentem: scilicet ipsi humori tante inflammationis tolerantem: scilicet tantam resolutionem absq; cibo. Et hec est sententia Galeni. decimoquarto terapentice in principio cum dicit. Si intolerabilis fuerit laboranti magnitudo febris non oportet per ea per que causam abscindimus augere febrem. Simul enim interimemus hominem et febrem. ¶Notandum primo quod vltime infrigidare potest intelligi duobus modis. Uno modo quod infrigidetur quantum est possibile: et hunc modum nunq; sequi debemus quia interimit. Secundo modo possumus intelligere qō infrigidemus: cum medicina vna vice aut in paruo tempore remouente totum aut quasi totum excessum caloris supra temperamentum proprium patientis. Et hic modus est hic obseruādus et vniuersaliter quando timemus ne operando paulatim ita virtus dissoluatur vt in pauco tempore succumbat. Hec autem extinctio fit per potum aque frigide. epithimata: et similia. ¶Ratio autem canonis quare oporteat attendere febres et dimittere causam est: quia quāuis digestiua et euacuatiua non adherent in calore: vita tamen cum tanta inflammatione non posset tanto tempore durare quantum requiritur ad digestionem et euacuationem. Propterea opus est quasi subita et festina extinctione. ¶Notandum secundo quod medicus tunc est certus esse opus tanta festinantia ad extinctionem caloris febrilis quādo cum tanto caumate febrili inuenit virtutem non resistentem calori febrili dissoluenti: eo quia forte habet humidum subtile. poros latos. et est colerice complexionis et pauci humidi: et forte paucorum spirituū vnde non potest multū dissolutionem tolerare et forte non potest tolerare ieiunium: quia est paratus syncopi propter easdem causas: aut forte propter debilitatem oris stomachi. Nam si cum magno caumate febrili esset resistens dissolutioni et tolerans abstinentiam a cibo. quia forte esset humorum grossorum densorum pororum et fortis oris stomachi non aptus syncopi cōsuetus ieiunare flegmatice complexionis: medicus non curabit infrigidare vltima infrigidatione: immo vtetur digestiuis ⁊ euacuatiuis scōm exigentiam cause ⁊ lebus extinctiuis nō incrudantibus humorem.

¶Quod si inuenis eam resistentem tolerantem abscinde causam et expelle humorem: et abscinde cibum: et non infrigides infrigidatione que prohibeat resolutionē.

Quando medicus vertit sea causam.

¶Hic est secundus canon in quo ostendit quando medicus intentionem suam vertit ad causam: scilicet materiam et negligit febrem: aut parum illi intendit. et dicit. quod si inuenis eam: scilicet virtutem resistentem dissolutioni et tolerantem eam: ⁊ a cibo abstinentiam propter causas statim suprascriptas abscinde causam et expelle humorem manifeste euacuando per secessum vomitum et alias manifestas euacuationes: et abscinde cibū vt fiat būoris insensibilis euacuatio: neq; natura diuertatur a pugna contra eum: et nō infrigides infrigidatione qua prohibeat humoris resolutionem et ingrossando faciat ipsum ineptum ad alias manifestas euacuationes. ¶Notandum primo quod causa quare virtus resistit dissolutioni et facile tolerat est duplex. vna sumpta ex parte agētis: quia forte calor febrilis non est valde magnus. altera sumpta ex parte resistentie: quia licet calor febrilis sit magnus. resistentia tamen ex parte egri est fortis propter causas statim enumeratas. Et quo modocunq; sit si eger bene tolerat procedendum est cura regulari digerendo euacuando humorem et pro parte extinguendo caliditatem febrilem. ita tamen vt illa extinctio non incrudet humorē. Auicenna tamen hic non fecit mentionem de digestione dans ipsam intelligi. ¶Notādum secundo qō non debemus penes hunc canonem semper cum equalibus extinctiuis procedere. Nam caumate existente magno et virtute bene tolerante debem? ceteris paribus cum fortioribus extinguentibus procedere quam caumate existente paruo et virtute non bene tolerante. oportet enim quod gradus et potentia frigiditatis extinguētis sit gradui et potentie caloris extinguendi proportionatus.

¶Quod si inuenis virtutem deficientem

sis occupatus in equando complexionem contrariam ei:quare infrigida eam:et viui fica virtutem cum cibo.Cunqꝫ fit fortis per viuificationem suam:et vincit contrarium suum:redi ad causam suam.

¶In parte presenti Auicenna remouet dubium circa primum dictum.Diceret enim quis quamuis medicus extinxerit febrem et viuificauerit virtutem cum cibo:tamen adhuc eger non erit curatus cum remaneat humor a quo pendet febris. quid ergo tunc erit agendum? Respondet quod cum tu feceris hec:redi ad causam: scilicet ad humorem dirigendum:aut euacuandum secundum quod erit expediens.Dicit ergo quod si inueneris virtutem deficientem:scilicet aut ex parte resistentie egri propter causas suprascriptas:aut vehemẽtiam caloris febrilis sis occupatus in quietando complexionem contrariam ei:scilicet egro in extinguendo calliditatem febrilẽ.quare infrigida eam: scilicet complexionem febrilem. et viuifica: idest conforta virtutem cum cibo non curãdo de humore que duo fiunt cura coacta. Cunqꝫ virtus fit fortis per viuificationem suam: idest per cibi assumptionem et vincit contrarium suum: idest calorem febrilem:redi ad causam:idest ad humorem ad ipsum digerendum et euacuandum.hec enim est cura regularis:quia humore digesto et euacuato facile cessat febris cum ipsa pendeat ad humore in esse et in conseruari:quo non remoto non potest integre curari.

**Sed dubitatur** de prio dicto. Maz huius contrarium dicit Galenus decimo therapentice primo capitulo vbi dicit.primuz predictorum:scilicet sanare febrem et contemnere causam non laudatur.¶Pro concordia Auicenne et Gale.Dicit Franciscus de pedemontium quod Galenus vult quod non intendatur ita ad vnum quod non intendatur ad aliud.Hec respõsio:vt bene dicit Gẽtilisnõ est ad mentẽ Gal.qz hoc ẽ tertiũ mẽbrũ diuisiõis.s.intẽdere plus ad vnũ reliquũ nõ omittendo.¶Sz pro horum concordia sciendum quod Galenus loco allegato sic dicit ad litteram. Scrutatio vero diligentie vtiqꝫ tibi generabitur diuidenti totam intentionem in tres has scrutationes. Primũ vtruz ne febris est sola sananda te contemnente causaz aut causa abscindenda te nullam curaz ;febris habente vel plurium auxiliorum ad alterutrum eorum est faciendum:non autem reliquum negligendum.Deinde dicit.igitur primum quidem predictorum non laudatur.Si enim quibuscunqꝫ sanauerimus auxilijs id febris quod semp generat hec nobis augebũt cãm q̃ facit eam nec interimemus vnquam generationẽ eius: nec magnitudinez destruemus.Nam et generatio sequitur speciem cause que facit eam et magnitudo illi coaugebitur. Exquibus verbis elicimus triplicem scrutationẽ Prima vt intendamus febri omnibus auxilijs omnino causa neglecta.Secunda vt intendamus cause omnibus auxilijs omnino febre neglecta. Tertia vt vtriqꝫ attendamus notabiliter sed principalius vni quam alteri. ¶Sed pro concordia Auicenne et Galeni dicamus quod attẽdere febri neglecta causa potest esse dupliciter.Uno modo qõ omnibus aut fere omnibus auxilijs intendamus febri omnino causa neglecta: vtputa cum potu aque frigide balneo eiusdem epithimatibus capiti et cordi et epati. Et breuiter omnibus auxilijs

Galeni documentum.

Symphonia pleni cũ auicenna.

triplex scruta circa causã febrem.

que precipiuntur ab Auicenna inferius in capitulo curationis febrium acutarum. Et nihil facta mus circa causam. Et hic modus non laudatur a Galeno. Nam auxilia que faciemus ratione febris augebunt putredinem opilando et vaporum putridorum transpirationem prohibendo et putredo aucta augebit febrem.Et q̃ hoc sit verum vide textum Galeni supra positum.Si enim quibus cunqꝫ sanauerimus auxilijs ꝛc.¶Secundo possumus intendere febri pluribus auxilijs non tamen omnibus. Uitabimus enim illa que verisimiliter possunt augere causam . Sicut exẽpli gratia.balneationem in aqua frigida sed solum ipsam dabimus in potu.Nihil tamen proprium faciendo circa causam.Et hic modus placet Auicenne in parte presenti quem non vituperat Galenus. Nam tertius modus Galeni multũ differt ab hoc. Naz secundum illum modum notabiliter attendimus vtriqꝫ. sed principalius vni quam alteri: sicut exempli gratia.volentes attendere magis febri quã cause causa non neglecta daremus aquam ordei notabiliter frigidam in magna quãtitate autdaremus sirupum acetosum cum aqua valde frigida mixtum in notabili quantitate. ¶Et econtra volẽtes magis attendere humori quam febri non neglecta febre darem? aquam ordei aut endiuie calidam cum oximelle simplici aut oximelle composito.Si autem vellemus magis attendere humori quasi omnino febre neglecta daremus simplex aut compositum in flegmatica cum aqua feniculi.Et ex his patet concordia et modus procedendi cum his intentionibus.

¶Et cum tu infrigidas de istis febribus: tunc non infrigides eam cuz eo in quo sunt stipticitas et exiccatio: sicut sunt trociscí infrigidantes: nisi post digestionem et euacuationem.

¶In hac parte que est vna de quinqꝫ principalibus partibus huius capituli ponit cũ quibus dicte intentiões pficiantur ponẽdo in vsu earũ cañ. Et habet tres partes.In prima ponit vnum canonem in vsu infrigidantium que debentur febri. In secunda ponit duo documenta. In tertia redit ad ponendum canonem tam circa euacuationem quam circa infrigidationem.secunda ibi.(Et scias quod cura febris.)tertia ibi.(Et prouide.)In prima parte dicit quod quando tu infrigidas aliquam de istis febribus nõ infrigides eam cum aliquo in quo fit stipticitas et exiccatio sicut sunt trocisci infrigidantes qui sunt stiptici secundũ plurimum,nisi digesta materia et pro parte euacuata. ¶Notandum circa partem presentem quod Auicenna ante digestionem et minorationem materie prohibet infrigidationem cum frigidis siccis et stipticis.nõ autem prohibet infrigidationez cum frigidis et siccis absqꝫ notabili stipticitate sicut est acetum vini.Prohibet autẽ frigida stiptica sicut sunt trocisci de spodio de berberis et similes. Nam trocisci frigidi ab autoribus descripti secũdum plurimum sunt stiptici. Nocent autem huiusmodi stiptica imobilitando materiã necnon claudendo ductus ꝛ vias per quas debet fieri euacuatio.licet igitur stantibus duabus intentionibus vna infrigidandi ratione febris,altera digerendi ꝛ euacuandi ratione humoris:fit aliquãdo maior intentio ad febrem propter vehementiã inflammationis quam ad humorem. Attamẽ non debe-

mus infrigidare cum bis stipticis que noceāt magis prohibendo digestionē et euacuationem propter stipticitatem quam inuenit infrigidando. Et etiam quia non tam faciliter alijs partibus penetrant infrigidando vsq; ad venas distantes a stomacho. et precipue trociſci ſicut ſirupi et aque nō stiptice. ¶ De trociſcis tamen erit speciale dubiū in fine capituli qualiter operant aut non conferāt in febribus et que fuit neceſſitas eorum. ¶ Notandum ſecundo quod cum dicimus nō esse infrigidādum cum stipticis ante digestionē et euacuationē intelligimus merito duarū intentionū generaliū dictarum. nō enim est dubium quod aliquādo merito nimie fluxibilitatis cōtingentis in principio febrium putridarum conuenit ut stiptica. Est enim tunc eorum maius iuuamentū prohibēdo casum virtutis quam nocumētum prohibendo digestionem materie.

**Sed quia** zuccarum roſatum multotiēs a medicis conceditur in febribus putridis. Solet hic dubitari vtruz conueniat in principio putridaruz nōdum digeſta aut minorata materia. Et arguit q sic: quia practicātes cōmuniter concedunt ipſum et iuleb roſatū diſtemperantes ipſum cum aqua. ¶ Preterea Auicenna in principio de cura flegmatice a principio concedit geleniabim quod est conditū de roſis cum zuccaro aut melle: et ſic est mel roſatum aut zuccarum roſatum. ¶ Preterea Raſis ſexto continētis inal melileţu. ergo multo magis cōcedendū est in principio feb. ¶ Amplius apud Meſue in antidotario confortat ſtomachū et cor quorū confortationem maxime in febribus intendim⁹. Et apud Auicennā quinto cañ. tractatu ſeptimo iuuat ad febrē ¶ Amplius zuccarum roſa. per zuccarum abſtergit. per roſas infrigidat et lenit ventrem et confortat: et ad lenitionē iuuat zuccarū ſua abſterſione.

**In oppoſitū** est Auicen. in parte prescenti. Nō infrigidas cū eo in quo est ſtipticitas et exiccatio: ſed in zuccaro roſato ſunt hec duo. ¶ Item raſis tertio tractatu Almā. loquens de zuccaro roſato dicit' qō qui patiuntur calorem et ardorem nullo modo ipſum comedere debēt maxime ſi eſtas fuerit. Calefacit em̄ et ſitim affert. licet Simon ianuēſis innuat qō trāſlator errauit: quia loquitur Raſis de melle roſato et credo quod errauit: vt patet ex textu ſequenti. dicit enim Simon quod in textu arabico principiuz capituli nō dicit zuccarū roſatum: ſed geleniabin quod est ꝯmune ad illud quod fit de zuccaro ţ melle. ¶ Et ideo dicit Raſis in fine quod ſi neceſſitas cogit dare geleniabim ad abſtergēduz ſtomachū in calefactis detur illud quod est factum de zuccaro innuens quod nocumenta que dixit fiunt ab illo quod est factū cum melle: et hoc est calidum.

De zuccaro roſato ţ melleroſato.

**Pro ſolutione** huius dubij premittē dum est quod geleniabim arabice est roſe cōdite ſiue cum zuccaro ſiue cum melle. Est itaq; duplex: ſcilicet zuccarum roſatum et mel roſatum. ¶ Deſcriptio zuccari roſati. Recipe foliorum roſarum albarum aut rubearum partem vnam expandātur ſuper tabula in vmbra vſq; dum ſuperfluū bumiditatū reſoluatur: ţ ſint roſe habentes mediocritatē inter cōpletionem et acerbitatem: terātur in vaſe lapideo. deinde proijciatur ſuper eas zuccari tabarzet: ideſt albiſſimi ţ depuratiſſimi triplum ponderis earum reponantur in vaſe vitreo ţ obturetur os eius cum pergameno: et opponatur ſoli menſib⁹ tribus omni die ſepe agitando cum piſtello vel ſpatula. deinde remoueatur a ſole et reſeruetur. Et quidam faciunt illud cum roſis nō habentibus aliquid de completione ţ est magis ſtipticū. Et quidam non terūt roſas ſed incidunt cum forficibus et fricāt manibus fricatione vltima roſas et zuccarum: deinde exponunt ſoli. ¶ Mel roſatum ſic fit. Recipe foliorum roſarū preparatarū: vt ſupra partem vnam mellis partes tres coquātur cum facilitate ſicut oportet Et ſunt qui ponunt mellis et ſucci roſaruz partes equales ţ nō ponunt ex folijs aliquid. Et ſunt qui ponunt foliorū roſarum partem vnam ſemis ſucci eius partē vnam ſemis mellis partes tres. Primum est magis cōfortatiuū et minus lenitiuum. ſecundū minus confortatiuū magis abſterſiuum ţ plus ſolutiuū. tertium vero est medium inter hec et preſtantius forte est ceteris. ¶ Et mel roſatum factum cum folijs est duplex. quoddam colatum a roſis et est minus ſtipticum et minus confortatiuum. ¶ Quoddā non colatum et est magis ſtipticum et magis cōfortatiuū. ¶ Sed iuleb roſatum fit ex aque infuſionis aut diſtillationis roſarū lib. iij. zuccari optimi lib. ij. bulliāt cum facilitate vſq; ad ſufficientē inſpiſſationē. Et qō fit ex roſis recētibus est magis lenitiuum: ſed ex ſiccis aut aqua roſata est magis ſtipticum. ¶ Et ex dis manifeſta est virtus zuccari roſati. Declinat enim leuiter ad frigidum et est magis ſiccum quam frigidum: eo quod zuccarū tabarzet ponitur quaſi temperatuz in vtraq; cōtrarietate licet ſit diſcordia de eius cōplexione. Roſe autez ſunt frigide in primo ſicce in ſecundo quare ţc. Est tamen differētia ex parte roſarum. Maz albe ſunt frigidiores quam rubee: ſed minus cordiales. et complete minus frigide ţ minus ſtiptice quam minus nō complete. ¶ Et ſilueſtres ſunt frigidiores ſiccioresţ magis ſtiptice domeſticis. et ſimiliter roſe ſicce quam recentes. Succus tamen roſarum est calidus et ſiccus reſolutiuꝰ abſterſiuus aperitiuus opilationum. ¶ Similiter est differentia ex parte zuccari. nam rubeum notabiliter declinat ad calidum et est magis abſterſiuum. Sed zuccarum duarum coctaruz est medium inter hec. zuccarum tamen roſatum debet fieri ex zuccaro depuratiſſimo per trinā decoctionem alter forte declinaret ad calidum. ¶ Mel autem roſatum est calidum et ſiccum. ţ calidius est illud qō fit cum ſucco roſarum et minus ſtipticum. ¶ Iuleb autem roſatum est in virtute zuccari roſati: ſed minus ſtipticum. et magis lenitiuū est illud quod fit cum aqua infuſionis quam illud quod fit cum aqua diſtillationis. Et zuccaruz roſatum antiquū est magis ſtipticū quā nouū: et nouū est magis abſterſiuū et cordiale et aliqualiter ſolutiuū.

**His ita premiſſis** pro ſolutione dubij ponuntur iſte concluſiones. ¶ Prima. in nulla febre fortis inflāmationis competit zuccarum roſatum: quia non est proportionatum infrigidans. Nam ſi aqua cucumeris aliquādo in eis inflammatur quinto colliget multo magis zuccarum roſatum. ¶ Secūda concluſio. zuccarum roſatum quantum ad duas intentiones generales non competit in febribus putridis ante digeſtionem et euacuationem. probatur primo quia nullus autorum concedit ipſuz in principio. Cum enim autores nominent pluri maꝫ conuenientia in principio febrium putridarū de zuccaro roſato nunq̄ fecerunt mentionem. ţ locus ab autoritate negatiue tenet in practica medicine niſi manifeſta ratio aut experientia ſit in contrarium.

trarium. Ratione autem confirmatur: quia stiptica non conueniũt a principio ratione digestionis cum vias opilent & materias faciant ineptas euacuationi. Nec etiam conuenit ratione euacuationis materie: quia a principio non debet fieri euacuatio cum re que succedat cum stipticitate. vnde mirabolani prohibentur ab initio vt post apparebit. ¶ Tertia conclusio. zuccarum rosatum aliquãdo conuenit a principio ratione confortatiõis stomachi aut cordis: quia aliquando indigemus in principio febrium. et proprie vbi sit aliqua materia subtilis euacuanda. propterea in flegmatica aliquando conceditur mel rosatum ab initio. ¶ Quarta conclusio. digesta materia et minorata zuccarum rosatum conuenit in febribus putridis et proprie in declinatione cum opus est confortare membra lassata ex egritudine et precedentibus solutiuis. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. ¶ Ad primam quod practicantes aliquando male operantur. ¶ Ad secundũ cõceditur aliquãdo mel rosa. in flegmatica coacta intentione confortationis stomachi: et minus nocumentum facit quando pendet ab humore subtili. ¶ Ad tertiũ dicitur quod Rasis cõcedit ipsum in almeliletu sequente febrem. ¶ Et ad reliquas rationes ex his que dicta sunt facilis est respõsio.

Loũperius. In oibus tabescentib' febri/b' putridi sunt bñores purgãd' per vrinas & aliã & sudores Doci omitta/t cõe est: qõ si ipi' spõte in vẽtris os fiat: vt per vo/mitũ euanuiat fumde suppe/tie sunt: alioqn cõtra naturam difficilẽ irrita/t non expedit: ne vẽtrisyis cõcutiatur oris: q̃ i egritudinib' ꝓcipue timur. Deligẽda vero sunt oia q̃ citra calefactionẽ et infactionẽ suf/ficiunt ad iam dictos mor' ef/ficiendos: quẽ/admodũ ptisa ne succus: & mel depuratũ. oxymel & simplicissi/mũ et apomel: et apij radix cũ potanda aqua decocta.

¶ Et scias quod cura febris putride est diuersa a curatiõe febris etpice. Curatio eñ etpice est contenta super contrarietatem egritudinis et curatio febris putride non est contenta super contrarietatem egritudinis tantum: immo super abscisionez cause eius: quamuis illud quod est conueniẽs egritudini et cibationi sit amicum virtuti ex parte sui: scilicet virtutis: et inimicum virtuti ex parte: quoniam est amicũ inimico eius et est materia quare est adiuuans vtrũq; earum: quãobrem indigem' in regimine eius canone: et nos singulare capitulũ ei si deus voluerit faciemus.

¶ Dic Auicenna ponit duo documenta: et sic diuiditur in partes duas. In prima ponit primum. in secunda secundũ. secũda ibi. (Et scias quod nõ est tibi.) De prima parte dicit quod cura febris putride est valde diuersa a cura febris etbice: quia cura febris etbice est contenta supervna contrarietate tantũ: q; sufficit sola infrigidatio. Sz cura putride vltra contrarietatẽ egritudinis oportet quod fiat cum abscisione cause eius a qua dependet: quãuis sit etiam alia differentia: scilicet ex parte cibationis et infrigidationis: quontã illud quod est conueniens egritudini et cibationi: scilicet infrigidatio et cibi exhibitio est amicũ virtuti ex parte sui: scilicet virtutis: quia virtus confortatur per infrigidationem rectificantẽ complexionem que est instrumentum virtutis et per cibationez restaurantem spiritus & sanguinẽ. Est etiaz ex parte sibi scilicet virtuti inimicum: quia est amicum inimico eius. scilicet materia a qua pendet putrida febris q; infrigidatio multotiens incrudat materiam et cibus auget ipsam. quare sequitur quod infrigidatio et cibatio est adiuuans vtrunq;: scilicet virtutem et materiam. Et ideo propter banc contrarietatem indigemus in vsu ciborum in putrida febre cañ. siue regula supple magis quam in vsu ciborum in etbica. Et ideo nos Auicenna faciemus de cibatione febricantium singula re capitulum statim post presens capitulũ vt cibemus febricitantem cum minori nocumento quam fit possibile. ¶ Notandum primo quod quia febris etbica est febris facta et non habet causam corpori intrinsecam a qua pendeat speciali depẽdentia: ideo circa cause remotionem inquantum talis febris non oportet solicitari: sed oportet ipsam extinguere cum contrario: scilicet infrigidante: sicut dicetur in capitulo proprio. Febris autem putrida vt huiusmodi habet causam ad intra corpus a qua dependet speciali dependẽtia. quapropter oportet ipsius causam abscindere iuxta superius dicta: et cum hoc infrigidare secunduz quod est expediens. ¶ Notandũ secundo quod licz Auicenna statim dixerit quod infrigidatio et cibatio ex parte amicantur virtuti: quia infrigidatio rectificat complexionem et cibatio auget sanguinem et spiritus ex parte inimicantur virtuti: quia amicantur inimico eius: scilicet materie incrudando et augendo ipsam non dixit tamen se velle dare canonẽ quibus infrigidemus cum minori nocumẽto possibili: sed solum se facturum capitulum generale vt cibemus cum minori nocumento possibili: eo ꝙ cañ. circa infrigidationẽ iam incepit prosequi et prosequitur in presenti capitulo.

¶ Et scias ꝙ non est tibi possibile curare febrem nisi cognoueris eam. quod si ignoraueris: tunc subtilia regimen.

Documẽta in cura feb.

¶ In parte presenti ponit tertium canonem siue tertium documentum dicens duo. Primum quod non est tibi possibile vt cures febrem nisi postq̃ cognoueris eam. Secundum quod si ignoraueris eam tunc subtilia regimen. Primum sic intelligitur quod non est possibile vt cures febrem cum proprijs secundum quod oportet nisi a casu. nisi post integram eius cognitionem. Unde non sufficit scire genus egritudinis nec speciem: sed oportet scire vtrum materia sit grossa vel subtilis cruda vel digesta multa vel pauca quanta sit febris. Et sic de ceteris dispositionibus: quarum sermo precessit in capitulo de signis accidentiuz febrũ. ¶ In secundo dicto Auicen. respondet tacite questioni. Posset enim quis querere cum ignorauero egritudinem: ficut sepe mihi contingit debeo ne aliquid facere. Dicit quod tu debes subtiliare dietam. In subtiliando enim non potest esse error: cũ quilibet eger debeat subtilius dietari quam tempore sanitatis saltem in vna cibatione: cum virtus sit debilior: et etiam secundum plurimum in toto egritudinis processu precipue in egritudinibus materialibus debet subtilius dietari quam tempore sanitatis. Et hoc dictum conforme est sententie Auicenne quarta primi dicentis: quod cum tu ignoras egritudinem committe eam materie: quoniam aut superabit aut manifestabit. At tenuando nanq; dietam committimus egritudinem nature ipsa enim cibo non impedita mouebitur contra egritudinẽ vnde eam aut superabit: aut saltem manifestabit. ¶ Sed dices hec dieta quantum debet esse subtilis. Respõdeo quod hoc non potest determinari: sed respice ad virtutem: tunc presentem et ad egri consuetudinem et ceteras cõditiones que possunt esse pro tunc tibi manifeste. secundum plurimũ tamen minus errabis si ordinaueris sibi dietam mediam que est ptisana ordeacea tempore nostro in brodio pulli aut panis

lotus in eodem. Non enim tempore nostro propter hominum consuetudinem multe comestioni oportet ita attenuare dietam sicut preceperunt antiqui. Cum hac enim dieta media minus potes errare quam si tu ordinaueris dietam extremam. cum extrema magis distent inter se quam mediuz ab extremis. ¶ Secundo quereres quanto tempore licet stare in hac ignorantia. Respondeo quod Rasis decimosexto continentis tibi assignat tempus duorum dieruz cui Auicenna consentit in hac sen. in capitulo de febribus compositis: vbi dicit. Turpe. est medico cognoscenti significationes cuiuscunq; febris non cognoscere earum complexionem a prima die vel a secunda. ¶ Tertio quereres translatis duobus diebus si non cognouero eam quid mihi agendum est? Respondeo quod debes querere socium: quod si forte cum non possis habere facias aliqua cōmunia que ita possint prodesse quod non obesse sicut clisteria communia exhibe sirupum acetosum cum aqua zuccari et similia.

¶ Et prouide ne occurrat paroxismo nisi ventrem habeat vacuum.

¶ Hic Auicenna redit ad cano. et primo ponit canones magis concernentes opus contra materias communes. Secundo magis concernentes opus contra calorem febrilem. Tertio ponit canones magis concernentes opus cōtra materias proprias febrium. secūda ibi.) Et non prohibeas ei aquam. tertia ibi. (Et cū administraueris istos)

Canones cōtra materiam,

¶ Canones autem communiter dati contra materiam quidam sunt ad prohibendum impedimenta digestionis et euacuationis. quidam directe respiciunt euacuationem. Hec pars diuiditur in tot partes quot sunt canones. partes patebunt legēdo litteram. Primus canon est de prohibendo impediens digestionem et euacuationem materie. Et dicit. prouide ne eger occurrat paroxismo nisi ventrem habeat vacuum. Et per ventrem intelligite tam stomachuz quam intestina inferiora. hec regulariter operando debent esse vacua ante aduentum paroxismi et exacerbationis. Non dico quod omnia intestina et grossa: et subtilia debeāt esse vacua. hoc enim esset valde difficile et raro cōtingens etiam si eger abstineret a cibo per duodecim horas aut plures ante aduentum paroxismi. Ratio autem canonis est: quia cibus in stomacho corrumpitur a paroxismo superueniente et corruptus suggerit materiam morbo. Et secundo natura circa cibum occupata non potest vacare digestioni et resolutioni materie. Feces autem in intestinis reperte in magna copia euaporantes per actionem caloris febrilis addunt inflammationē et iuuant ad corruptionem cibi cibi et humoris.

¶ Et ex his patet quomodo hic canon est ad prohibendum ea que possent impedire materie digestionem et euacuationem. propterea pro huiusmodi canonis obseruatione multis fecibus existentibus in intestinis ipsas educimus cum suppositorio aut clistere lenitiuo. et similiter ante aduentum paroxismi cibamus tanto' tempore in quo verisimiliter cibus sit digestus in aduētu paroxismi et hec omnia intelligantur cura regulari. Nam cura coacta multotiēs ab huiusmodi canonis executione impedimur.

¶ Et non moueas in die paroxismi aliquid quantum possibile est tibi: neq; cures febrem.

¶ Hic est secundus canon in quo dicitur quod nō moueas in die paroxismi aliquid: scilicet euacuando materiam quantum est tibi possibile. Et subdit incidentaliter quod in tali die non cures febrem. ¶ De prima parte canonis statim erit dubium cuius decisio declarabit ipsam. ¶ Sed est sciendum pro notitia secunde partis. licet de hoc erit specialis sermo inferius vbi dicit Auicenna quod non debemus frangere paroxismum: etiam cum tuleb. Auicenna hic remouet errorem quorundam medicorum qui fere in omni febre etiam mediocris intensionis quam primum in paroxismo et exacerbatione properant ad epithimata infrigidantia circa caput cor epar renes et cetera membra exteriora quorum error est non paruus. Nam opilando poros ingrossando materiam prolongant paroxismos: cum oporteat materiam paroxismalem transpirare per poros. Non enim opus est vt faciamus hec nisi in febribus acutis in quibus timemus corporis arefactionem. Et si omnino velint hec approximare vt videantur plura facere melius est vt approximent in hora quietis ad extinctionem caliditatis superflue in membris illis forte fouentis febrem et reaggregantis materiam pro sequentibus paroxismis. De his autem que sumuntur pro curatione febris tempore paroxismi ficut aqua cocta tuleb. et similia erit specialis sermo inferius quando et in quibus casibus cōueniant et qualia debeāt esse.

Questio digna notatu.

Sed pro declaratione prime partis dubitatur vtrum medicus debeat euacuare in die paroxismi. arguitur quod sic. Primo. quedam febres sunt paroxismantes omni die in quibus necessaria est euacuatio. ergo ꝛc. ¶ Secundo in febribus continuis siue sint continue proportionales siue conclusе oportet euacuare. Et certum est quod non potest fieri nisi in die paroxismi: immo non nisi in hora afflictionis. ¶ Et confirmatur: qz in continuis licet euacuare hora afflictionis. ergo multo magis in interpolatis licebit euacuare hora afflictionis. tenet consequentia. cum in continuis sit virtus debilior maior ebulitio et agitatio quam in interpolatis que omnia in euacuando timentur. ¶ Tertio medicus tunc debet euacuare quando materia est maxime apta motui: sed in paroxismo est magis apta motui quam tempore quietis: quod manifestū est: cum tunc maxime agitetur et cōmoueatur. ¶ Et confirmatur: quia propter hanc causam plures medici in quartana precipiunt euacuationem incboante paroxismo.

¶ Amplius propter hanc causam quidā fleboto mant quartanarios in reuolutione lune. ¶ Preterea dixit Galenus prima aphorismorum aphorismo secundo quod medicus debet mouere horam motus humoris: sed hora motus humoris est hora qua mouetur ad paroxismandum. ¶ Quarto principaliter medicus debet esse imitator nature: et sic debet euacuare eo tempore quo natura euacuat: sed natura creticat et euacuat in paroxismo. tertio de crisi. ¶ Quinto. quādocunq; natura tentat euacuationem adiuuanda est. sed frequenter natura tentat euacuationem in principijs paroxismorum et proprie per vomitum. quare est iuuanda. ¶ Et confirmatur hoc idem de intentione Auicenne in presenti capitulo. et secūdo aphorismo. Undecūq; natura reperit inde ducere oportet ꝛc. ¶ Sexto. sudor frequētior

dor frequentior et electiue a medicis prouocat in paroxismo.et similiter euacuatio insensibilis per poros cutis cum fricantibus. ¶Septimo medici frequenter coguntur euacuare in paroxismis ⁊ exacerbationibus timore apostematis aut cum materia fuerit furiosa aut venenosa:⁊ in omnibus casibus in quibus non dantur indutie. ¶Ultimo arguitur autoritate Rasis decimosexto continentis.capitulo vltimo: et ratione eiusdem. Dicit enim quod euacuatio que non debet fieri in bora paroxismi est euacuatio per fluxum ventris: sed euacuatio per vomitum potest fieri: ⁊ assignat causam in bis verbis. vtendum est euacuatione in temporibus paroxismorū per superius:in tēporibus quietis per inferius:quoniā in temporibus paroxismi humores sunt turbati declinantes ad superius:et in maiori parte fit vomit⁹ et fluxus sanguinis narium.Sed in tempore quietis eo quod tunc natura et humores quiescūt facilis erit euacuatio per vrinam et egestionem.

**Pro solutione** dubij premittendū ꝙ per euacuationez intelligimus quancūcz euacuationem sensibilem aut insensibilem.Et per diem paroxismi possumus intelligere diez scilicet vigintiquattuor horarū in q̄ accidit paroxismus. et etiam horam afflictionis ipsius paroxismi.⁊ de vtroqz modo est sermo apō Auicennā. ¶Notandum secūdo ꝙ duplex est cura. quedam regularis.et est cum iuuamento notabili absqz notabili nocumento.⁊ ecōtra coacta fit cuz notabili iuuamento ⁊ notabili nocumento .sed iuuamentum est maius nocumento.

Duplex cura.

**His premissis** fit hec prima cōclusio. Hora euacuandum in febre. in interpolatis ꝑ euacuatione eligenda est dies quietis .⁊ si habeat plures dies quietis eligenda est magis distās ab hora febris preterq̄ in euacuatione que ē per poros cutis . vnde in quartana eligim⁹ tertiam diē a die paroxismi.⁊ similiter in quintana.Dixi preterq̄ in euacuatione que est per poros cutis .naz secundū plurimum sudor paroxismalis ⁊ critic⁹ sunt in declinatione paroxismi prouocandi .⁊ similiter euacuatio insensibilis per poros cutis.⁊ si interpolata inuadit quottidie eligenda est hora quietis.cōclusio probatur. cum tunc virt⁹ sit magis tolerās et corpus minus resolubile et būores minus agitabiles et corpus minus a farmaco inflammabile.⁊ etiam quia in hora periodi materia mouetur a centro ad circunferentiam .⁊ farmacum trahit a circunferentia ad centrum . ¶Secunda conclusio.in continuis proportionalibus eligēda est hora temporis.sed in conclusis hora frigidior diei: sicut hora matutina.in his enim horis corpus est minus inflammabile et resolubile ⁊ humores minus agitabiles ⁊ virtus magis tolerans .¶Tertia conclusio:quacunqz hora natura tentauerit aliquam euacuationem per aliquam regionem si natura non fuerit potens ad complendum eam est adiuuanda per eandem regionem.hec conclusio ē de intentione Auicēne in presenti capitulo.Est ꝙ affor⁹.secunde particule. Undecunqz natura reperit inde ducere oportet per conuenientes regiones. ¶Quarta conclusio. aliquando medicus cogitur et debet in hora paroxismi et exacerbatiōis flebothomare et farmacare:⁊ aliis modis euacuare gratia maioris nocumenti euitandi ꝙ fit nocumentū consequens euacuationem.cōclusio manifesta est cum aliquādo fere subito oporteat flebothomare gratia apostematis euitandi in membro nobili.⁊ aliquando oporteat materias furiosas aut venenosas subito educere:⁊ sic de aliis euacuationib⁹ posset exemplificari. Et aliquando materie sunt ita propinque vijs ductuum ꝙ sine magna molestia egri possunt educi cum leui clistere aut cum leui vomitiuo:et si in hoc casu esset cognitum possz regulariter euacuare quacunqz horā.

**His ita determinatis** superest vt respō deamus ad rationes in contrarium. ¶Ad primaz et secundam ex dictis patet solutio . ¶Sed ad confirmationem negatur ista consequentia in continuis debemus euacuare tempore afflictionis ergo multo magis in interpolatis.Nam quāuis virtus sit fortior et corpus minus inflammabile i interpolatis ꝙ in continuis et in summa minus noceret euacuatio:tamen quia debemus semper eligere maius bonum et vitare maius malum : debemus in interpolatis eligere horam quietiorem in qua nō est afflictio.sed in continuis non possum⁹ istud facere cum corpus semper febriat :eligimus tamen horam minoris febris . ¶Ad tertiam rationem dicitur ꝙ in periodo natura est magis apta motui.sed ille motus est contra motum euacuationis farmaci.et cum hoc sunt alia nocumēta dicta in probationibus conclusionum . ¶Ad confirmationem ꝙ quidam curant quartanarios dando solutiuum in principio paroxismi . Respondetur ꝙ licet aliquando succedat: immo hoc modo curaui meipsum a quartana :vt plurimum tamen non succedit :⁊ maiora sequuntur nocumenta ꝙ iuuamenta .¶Ad aliam confirmationem de illis qui flebotomāt quartanarios in reuolutione lune ego quantum est in me illam flebotomiam vitupero. nec vidi aliquem nec audiui qui ex illa flebotomia iuuaretur:sed bene multis nocuit. ¶Ad aliam confirmationem de Galeno dicente quod debet fieri euacuatio hora motus humoris. Respōdetur qō hora motus humoris de qua loquitur non est hora paroxismi qui est motus preternaturalis:sed est hora motus naturalis: vnde vnicuiqz humori est aliqua hora diei attributa.Flegmati enim prima hora noctis inclusiue vsqz ad sextam: sed melancolie a sexta vsqz ad duodecimā.sanguini vero a duodecima vsqz ad decimamoctauam: sed colere a decimaoctaua vsqz ad vigesimamquartam . In his enim horis si apte possent fieri euacuationes essent humores paratiores euacuationi. ¶Ad quartum respondetur secundū Marsilium quod medicum debere imitari naturam nō intelligitur quod medicus ita operetur semper sicut natura : immo intelligitur quod medic⁹ debet agere id quod est melius nature.Nunc autem quia melius est nature quod fiat euacuatio in hora quietis. ideo hoc debet facere medicus.hoc modo imitatur naturā. ¶Hec tamen solutio non est ad mentez ponentiū dictum illud. ¶Aliter dicitur quod medicus debz imitari naturam inquantum potest. Unde si medicus posset operari cum instrumentis quibus vtitur natura:scilicet cum calore naturali ⁊ villis mē brorum.tunc forte deberet facere euacuationē hora paroxismi sicut facit natura: sed quia nō potest vti his instrumentis quibus vtitur natura: immo oportet quod vtatur farmaco aut flebothomia q̄ calefaciunt et agitant humores et debilitāt:ideo debet facere euacuationez in hora quietis in qua sunt apta minus sequi hec nocumenta. ¶Aliter et clarius dicitur quod medicus debet imitari naturam mere naturaliter operantem inquantū potest

Galenus.

Respōsio marsilij.

nunc vero quia natura facit fortia accidẽtia ⁊ motus virtuti molestos:sicut quotidie videm⁹ in crisi: que omnia veniunt p̃eter intẽtionem nature.ideo medicus non debet in hoc imitari naturam: quia non mere naturaliter operat.immo hoc facit natura tempore paroxismi stimulata a forti impressione materie propter quã stimulationez mouetur ad euacuationez.In tempore autem quietis: quia non est stimulata non mouetur ad crisim. Medic⁹ itaq; non debet ipsaz in hoc imitari: quia nõ agit mere naturaliter:immo debet facere euacuationẽ cum minori nocumento possibili. hoc autem fiet in die quietis. ¶Ad quintum et sextum cum confirmationibus suis:patet responsio ex his que dicta sunt in determinatione questionis. ¶Ad septimũ dicitur argumentum illud p̃cedere. Nam sicut dictum fuit in determinatione questiõis:oportet alt quando in paroxismis et exacerbationibus flebotomare et farmacare cum egritudo non dat indutias vsq; ad horam quietis aut minoris tporis Propterea dixit Auicenna in can. Nõ moueas in die paroxismi quantũ est possibile:quia aliquãdo non est possibile sicut determinatuz fuit in questione. ¶Ad vltimum dicitur quod intentio Rasis decimosexto continentis fuit quod medic⁹ debet adiuuare naturam in quibus deficit: et quia natura in tempore paroxismi pluries tentat euacuationẽ per vomitum quam per secessum a cuius complemento frequenter deficit oportet medicum ipsam adiuuare. ¶Quod autem hoc sit verum manifestũ est.nam in colericis quoruz materia leuigat ad os stomachi frequenter accidit inclinatio ad vomitũ In flegmaticis similiter propter mꝫtitudinẽ flegmatis reperti in stomacho. ¶Similiter in melancolicis propter cõmunitatez splenis ad os stomachi mediante vena deferente melancoliam ad os stomachi:sed non ita frequenter in paroxismis inclinatur ad fluxum ventris. Similiter fluxus sanguinis narium frequẽtius prouocatur in paroxismis quam quicunq; alius fluxus sanguineus:ideo medicus frequentius debet adiuuare naturam ad has duas euacuationes quam ad alias tempore paroxismi et semper cum leuibus.Si autem natura nullam istarum euacuationũ tentaret medicus nõ debet ipsam inchoare nisi coacte gratia minoris nocumenti euitandi:et sic est finis ⁊c.

Rasis intentio.

Champerius. Acutos curabis morbos sãguinis missiõe si valida appareat egritudo: ⁊ si lãguentes etate floreãt vires q; eis suppetãt. Expedit aũt cõsiderare eũ qui velit sãguinẽ mittere: ne stercoris mꝫtitudo cobibeat coartetq; intestina: q̃ nobis molli clisteri euacuãda sunt ne fortassis vene ab intestinis attrabãt super

¶Et oportet vt obserues in omnibus illis dispositionem virtutis:quod si fuerit fortis ⁊ fuerit illud quod vincit sanguis: aut cum humore qui vincit sanguis:tunc flebothomia est magis conueniens et proprie cum vrina est rubea grossa nõ citrina ignea ex qua timeat apud flebothomiaz victoria colere et acuitatis eius.

¶Hic est tertius canon.et est cum quattuor alijs sequentibus principaliter de euacuatione materierum que communiter peccant in febrientibus p̃eter naturam propriam febrium. quarum euacuatio a medicis dicitur exiccatio. Et iste primus canon de flebotomia cum quattuor alijs sequentibus sunt magis speciales precedentibus: quia sunt de speciali modo euacuationis:scilicet flebothomia:lenitione ventris:prouocatiõe vrine:prouocatione sudoris: et prouocatione vomitus. ¶Et dicit primo quod in omnibus illis febrientibus febre putrida oportet vt obserues dispositionem virtutis:vt non cõtradicat operationi tue maxime in flebotbomia.ea enim non consentiente nulla facienda est euacuatio:sed maxime flebothomia. Si ergo virtus febrientis fuerit fortis et humor qui vincit fuerit sanguis: aut cum humore qui vincit fuerit sanguis: tunc flebotomia est melior res:scilicet inter euacuationes. et prope cum videris quod vrina est rubea grossa. ¶Sed si fuerit citrina ignea tunc non est facienda flebotbomia:quia ex isto vrina ignea timet quod apud flebotbomiam sequat victoria colere ⁊ acutas eius.

**Pro declaratione** huius canõis dubitatur vtrum in qualibet febre humorali competat flebotbomia. Et arguitur quod sic.auctoritate Galeni. secundo terapẽtice.decimoquinto capitulo. vbi dicit.optimum est venam incidere non solum in finochis febribus:sed in omnibus alijs que ex putredine humorum fiunt. ¶Amplius quarta primi. capitulo de flebotbomia:licet flebotbomia non sit necessaria est tamen cõueniens:quia efficit vt natura fiat fortis supra residuum materie. ¶Et confirmatur: quia quãdocũq; sanguis peccat in quãto aut quali competit flebotbomia alijs non contradicenti bus:sed in omni febre sanguis peccat saltẽ in quali:quia est ita inflãmatus vt per ipsum a corde ad alia membra febris deferatur.

**In oppositum** est Auicenna in parte presenti qui negat flebotbomiam cum vrina est acuta ignea.

**Pro solutione** huius est sciendum qõ febris dicitur humoralis:quia pendet a calefacto esse humorum siue illi humores sint in corde siue in alijs membris dummodo vapor calefactus ab illis eleuatus cordi communicetur. Et consequẽter febris dicitur sanguinea quia pendens a calefacto esse sanguinis et non calefacto esse alterum humorum. Et febris aliqua specie denomiatur ab aliquo humore quãdo pendet a calefacto esse eius et non alterius. Si vero pendeat a plurium denominatione denominatur vt sanguinea colerica et cetera. Et per calefactum esse humorum in proposito intelligo taz calefactum esse cum putredine quam sine putredine. ¶Et ex his infertur quod si aliqua febris penderet a calefacto esse alicuius humoris et calefieri sanguinis. non diceremus ipsam sanguineam nec a sanguine pendere ad intellectũ dictũ. Nam sic omnis febris esset sanguinea. ¶Et ex his patet quod in textu per humorem vincẽtem debemus intelligere illum a cuius calefacto esse pendet febris. Et sic sanguinem dicemus vincere si a calefacto esse eius pendeat febris. Et si pendeat a calefacto esse alterius humoris dicemus alium humorem vincere. Et si pendeat a calefacto esse plurium humorum nos dicemus plures humores vincere. scilicet in comparatione ad alios a quorum calefacto esse non pendet febris. ¶Tunc restat vt videamus quid Auicenna intelligat cum dicit qõ cum humore qui vincit fuerit sanguis. Et potest dupliciter intelligi.vno modo qõ vltra humorẽ in quo fundat calefactũ esse faciens febrẽ fit in corpe sanguis ãplior opportuno aut in cõparatione ad proprium temperamentum aut ampliorem quam debeat esse in isto corpore taliter febriente. siue sanguis fluitatũ putridam substãtiã. Si ergo fuerit angia:hoc purga ꝑ medio:nec nõ si laterũ dolor:sin ibecillio res videãtur:si plus auferas sanguinis ledere posse videaris:clisteribꝰ et aluuz subducito ad tertiũ diẽ nẽpe cũ eger intuto fuerit:nabstinẽtia opꝰ fuerit. Detrabẽd⁹ ergo sãguis ex brachio dextro vena interiore: sanguisq; auferẽdus iuxta exꝰ habitũ et etatẽ plꝰ minusue diligenter metiẽdo. Eueniũt ãt hoꝝ ī plurimis talia: rubores faciei: ⁊ oculorũ mobilitates et manuũ pãdiculamẽta:dentiũ stridor: pulsus maxillarũ: coactio:et refrigeratio extremarum partiũ spirituuz defectiões:p venas statim a principio sanguis detrabẽd⁹. qõ oiꝰ bꝰ succurrat ad auxiliuz spiritibꝰ abeuntibus necnõ fluoribꝰ.

siue sanguis sit admixtus peccanti humori siue non. Secundo modo intelligit ꝙ cum humore q̄ vincit fuerit sanguis mixtus.i. secum ad minima diuisus vt per apertionē vene facile cum sanguine egrediatur. Nam quāuis largo modo possem? dicere omnem humorem existentem in venis esse sanguini mixtum: tamen sic non intelligitur hic. quia si sit parietibus venarum adherens sua viscositate: aut in ipsarum porositatibus imbibitis sua subtilitate. aut stans in magnis frustis sit in venis cum sanguine non dicitur sanguini mixtus et multo minus dicitur mixtus si sit extra cor? et extra venas et arterias. ¶ Ad hoc ergo ꝙ humor dicatur mixtus cum sanguine requiritur ꝙ sit in corde venis aut arterijs cuꝫ sanguine ad minima diuisus. ita vt minimum vnius tangat minimum alterius. Sed preter hanc conditionem addamus aliam de intentione Dini et Gentilis ꝙ ille humor qui est admixtus cuꝫ sanguine modo suprascripto sit etiam vicinus nature sanguinis tam in qualitatibus primis q̄ secūdis. i. ꝙ non obtineat in latitudine sua gradus contrarios nature et dispositioni sanguinis: sed sit sibi satis proportionalis. ¶ Hec tamen sola conditio non sufficit. stat enim ipsum paruo tempore stetisse in venis ita vt nondum secum potuerit ad minima diuidi: aut forte naturam ipsum separauisse a sanguine sicut aliquādo fit in crisibus ante exitum eius a venis. Sed quando adsunt iste due conditiones: tunc est maxime mixtus cum sanguine: et aptus educi cuꝫ euacuatione sanguinis absq̄ nocumento. i. absq̄ hoc ꝙ corpus ducatur ad colericorum ebulitionē aut ad frigidorum crudationem seu cruditatem. ¶ Notandum tertio ꝙ per humorem vincentem non solum debemus intelligere humorem q̄ actu facit febrem: sed etiam humorem qui stās sub forma cause antecedentis est de proximo facturus febrem. Non enim solum in continuis facimus flebotbomiā: sed etiam in interpolatis tempore q̄etis q̄n null? humor actu putret vt educamus humorem qui de proximo facturus est febrem. ¶ Notandum quarto ꝙ quando humor faciens febrez est mixtus sanguini scōm duas conditiones iam dictas vrina plurimum apparet rubea grossa. q? per talem mixtionem cum humore putrente fit qō quando natura pellit aliquam partem humoris peccantis cum vrina etiam secum pellitur aliqua pars sanguinis ad minima diuisi cum humore illo. Unde vrina tingitur scōm exigentiam humoris peccantis: et etiam scōm exigentiam sanguinis qui secum pellitur: et dat vrine colorem rubeum et substantiam grossam. Quando autem cum sanguine peccat colera aut plurimum dominans in quantitate aut plurimum distans a natura sanguinis vt plurimum nō fit vrina rubea grossa: sed subtilis ignea vel notabilis citrinitatis. Similiter quando esset flegma plurimum aut valde crudum multum distās a natura sanguinis communiter non fit vrina rubea grossa. sed grossa alba. aut subtilis alba propter opilationes et priuationem digestionis. ¶ Similiter quando esset melancolia plurima aut multum distans a natura sanguinis non esset vrina rubea grossa: sed tendens in fuscedinem nisi forte propter opilationem fieret subtilis alba. ¶ Auicenna autem per hoc qō dixit non citrina ignea: voluit etiaz alios modos vrinarum intelligi qui significant aut humorem multum distare a natura sanguinis aut esse multum superātē sanguinem proportionabiliter in qualitate. Nam in his casibus etiā peccante sanguine non debet flebotbomia fieri nisi precedat purgatio si aliud indicans non fuerit. nam timetur aut colericorum ebulitio: aut frigidorum incrudatio.

**His premissis** fit hec prima cōclusio. In omni specie febris humoralis potest a principio competere flebotbomia. Nam in colericis flegmaticis melancolicis tam continuis q̄ interpolatis potest humor faciens febrem esse mixtus cum sanguine ad intellectum datum propter quam mixtionem flebotbomia euacuans sanguinem et humorē peccantem exonerabit virtutem. vnde fiet potentior ad pra residuum digerendum et euacuandum. et sic sequetur magnum iuuamentū absq̄ notabili nocumento. ¶ In finochis autem non est dubium flebotbomiam summe iuuare. et hec est mens Gal. scōo terapentice. capitulo. xxv. in auctoritate posita ante oppositum. ¶ Secunda conclusio. non in qualibet febre pendente a putredine aliorum humorum a sanguine etiam constante virtute conuenit flebotbomia probatur. naz multe sunt febres pendentes a putredine aliorum humorum a sanguine. quarum humores non sunt mixti sanguini nec sunt vicini nature sanguinis. et aliquādo multum sanguini dominantur. Unde euacuato sanguine per flebotbomiam qui est frenum aliorum humorum et pauco de humore peccante euacuato fiet notabile nocumentum. vtputa colericorum ebulitio aut frigidorum incrudatio absq̄ iuuamento notabili. Et ex his patet clarus intellectus multorum textuum. quorū aliqui precipiunt flebotbomiam: vtputa quando humor peccans ē mixtus sanguini propinquus nature eius. Aliqui prohibent flebotbomiā: vtputa quando non est mixtus sanguini multū distans a natura eius aut forte minus proportionabiliter excedens ipsum. Non enim tunc cōuenit flebotbomia nisi ipso humore multum dominātе prius euacuato. Et hec fuit mens Gal. quarto de regimine sanitatis. vbi dixit. quando humor parum distat a natura sanguinis audacter flebotboma. quando vero plus distat flebotbomia cum reuerentia. idest parum. Quando vero plurimum distat nequaquam.

**Et ex his patet** solutio ad duo argumēa facta ante oppositum. ¶ Sed ad confirmationem negatur maior. nō enim quandocūq̄ sanguis peccat in quāto aut quali etiam constante virtute competit flebotbomia. sic enim in effimeris et etbicis competeret flebotbomia cum in omnib? calefiat sanguis. si tamē sanguis calefieret caliditate fixa aliis cōsentientibus competeret flebotbomia.

¶ Deinde fac sequi flebotbomiam solutionem ventris subtilem proprie si fuerit illic siccitas cum eis que sunt sicut aqua ordei et alsiracost pauco et aqua ordei cū sirupo acetoso. Et si natura non fuerit lenis addeī eo qō est sicut siracost qō sit sicut sirupus violatus. et sit vltimitas lenificatio non fluxus ventris et non solutio laboriosa. Et magis dilectum est apud me admi-

nistratio clisteriorum scom vltimitatē qua indigetur in virtute. Et de clisteribus communis iuuamenti lenibus est clistere factū ex oleo violato et succo foliorum sicle et vitello oui: et zuccaro rubeo et bauracy. Cū ergo lenieris hac lenificatiōe: fortasse indigebis eo debiliore ꝙ illud quo idiguisti in principio: et illud est quādo natura est obediens.

De euacuatiōe per ventrem.

¶ Hic est quartus canon. et est de euacuatiōe per ventrē et dicit tria. ¶ Primum deinde post flebothomiā fac sequi solutionē ventris subtilem. i. facilem siue paruā. Et propte banc debes facere si venter fuerit siccus cū eis que sunt sicut aqua ordei sūpta quātitate. v. aut. vj. ʒ. debite cal'a. ¶ Secundū lenitiuū est paruus siracost. i. māne: vtputa a quinqꝫ. ʒ. vsqꝫ ad vnā. ʒ. cum quatuor. ʒ. aque ordei aut circa. ¶ Tertiū ē sirupus acetosus qui debet dari solus quātitate quatuor aut q̄nqꝫ. ʒ. si fit longus. si vero fit abbreuiatus per decoctionē sicut cōiter fit debet accipi de eo a quātitate duarū ʒ. aut trium cū tribus. ʒ. aque cocte aut pluribus vt cōmode bibi possit et nō debet misceri cum aq̄ ordei vt dicetur inferius. Et si natura nō fuerit leuis. i. venter nō fuerit facile obediēs medicinis solutiuis adde in eo. s. sirupo acetoso aut in aliquo ex solutiuis de quibus supra aliquid adiuuās qō fit sicut siracost. aut sirupus violat⁹ maxime factus ex violis recentibus. quia est magis lenitiuus aut addas vtrūqꝫ. Et sit vltimitas. i. vltimū qō intendis in hac euacuatiōe lenitio ventris educēs materias que in intestinis reperiūtur. Non fluxus ventris. i. non euacuatio per quā materie trabātur a longe ad fluendū per intestina. Nec solutio laboriosa. i. solutio difficilis requirens forte farmacū. ¶ Secundo dicit ꝙ magis dilectum est apud ipm administratio clisterioꝝ ꝑm vltimitatē qua indigetur in virtute ipsorū. i. que clisteria sint magis aut minus vigorosa ꝑm necessitatē. Sunt em̄ aliq̄ corpora que pro educendo materias cōes que in intestinis continētur indigent clisteribus magis acutis: aliqua minus acutis: immo vnus et idem ꝑm maiorem aut minorem ventris constipationē indiget clisteribus aliquādo magis acutis aliqn̄ minus. aliquādo magis mollitiuis: aliquādo magis incisiuis aut abstersiuis. ¶ Et subdit ꝙ ex clisteribus cōis iuuamēti. i. ꝑm plurimū in tali casu sufficiētibus lenibus. i. ventris lenitiuis est qō fit ex oleo violato succo foliorū sicle. i. blitis: vitello oui: zucca. rubeo et bauracb. i. salis. ¶ Descriptio potest esse talis. Recipe succi sicle lib. vnā. olei violati. ʒ. vj. vitelli oui numero. s. vel duo. zuccari rubei. ʒ. s. salis. ʒ. ij. et est satis acutū abstersiuum et lenitiuum. Et potes facere magis acutum addendo plus de sale ⁊ succo blitis: et magis abstersiuū multiplicando zuccarū et succum blitis et magis lenitiuum multiplicando oleum et vitellos oui. ¶ Tertio dicit ꝙ cū tu leniueris hac lenitione siue per clistere siue per medicinam exhibita ʒ fortasse indigebis debiliori lenitiuo ꝙ illud quo indigusti in principio. Et illud erit quando natura. i. vēter erit factus obediens per lenificantia precedētia. ¶ Et dicit fortasse. Sunt enim quidam q̄ post vsum clisteriorum et medicinarum lententiū efficiuntur magis stiptici. aliqui efficiūtur magis lenes orificijs meseraycarum deopilatis que ꝓmo erant a fecibus duris et flegmate constipata.

De euacuatiōne materierum communium.

¶ Notandum primo circa partem p̄sentem ꝙ euacuatio de q̄ hic est sermo est ad educendum materias communes q̄ in stomacho intestinis et venis meseraicis aut saltem earum extremitatibus continentur. Quapropter si butusmodi superfluitates fuerint in intestinis grossis sola sufficiunt clisteria. Si vero in intestinis gracilibus et stomacho indigem⁹ medicina exhibita per os: cum clisteria non ascendant nisi vsqꝫ ad yleon. et butusmodi lenificatio est necessaria in principio omnium febrium putridarum nisi vēter sponte fuerit lenis. ¶ Si vero in febribus sit opus flebothomia primo, precedat butusmodi lenificatio. deide fiat flebothomia. Deinde post flebothomiā iterum venter leniendus ē simon fuerit lenis. Si vero non sit necessaria flebothomia ab hac lenitione incboandum est. nec regulariter in ꝓncipio sunt exhibende medicine euacuantes materiam febris. Hec autem lenitio facienda est ad educendum superfluitates prime digestionis cbilum corruptum bumores et quecūqꝫ nociua continentur in stomacho intestinis et extremitatibus venarum meseraycarum. Hec enim materie in febrientibus putride facile corrumpūtur. et corrupte fouent ⁊ augent febrem: quamuis non sint materie propte febris. Et secundo ad cōtemperandum caliditatem febrilez. Quapropter debent diuersificari ꝑm gradum caloris febrilis. Et tertio ad aperiendum vias vt natura faciliter possit expellere superflua a toto corpore ad intestina. ¶ Notandum secundo ꝙ solutiua superius scripta i textu posita sunt satis lenia: et i babente ventrem notabiliter stiptícum parum operarentur aut forte nibil. forte enim inter ea est māna qō exhibitū in parua quātitate ficut iubet parū operaretur. Et si detur in notabili quātitate: vtputa ij. ʒ. solum coleram sua proprietate et aliquando flegma ꝑm diuersitatem rerum super quibus cadit. Horum autem bumorum electio non est illud qō queritur ab Auicē. in bac lenitione. propterea necessarium est ipsum in parua quātitate miscere cū notabili quātitate aq̄ ordei aut alteri⁹ lenitis et nō eligētis. ¶ Medici tamē butus temporis cōmuniter vtuntur cassia dissoluta cum decoctione fructuum. vt Recipe floris cassie. ʒ. vnam aut. ʒ. x. trabantur cū decoctione fructuꝫ que boc modo est ordinanda. Recipe prunorum numero. xiij. iuiubarum sebesten. añ. numero. x. violarū. ʒ. s. bulliant in sex. ʒ. aque ad consumptionem medietatis: sed viole ponantur in fine decoctionis et cum bac cassia trabatur et dissoluatur. ꝙ si calor febrilis fuerit magnus bis potes addere tamarindos. Et quamuis cassia electiue educat coleram ⁊ flegma de boc non curat cum operetur sine agitatione et molestia. et in melancolicis ponerentur ad coquendum cum suprascriptis flos boraginis ⁊ bugloſſe et in flegmaticis aliq̄d melis. ¶ Tertio notandum ꝙ clisteria sunt magis dilecta q̄ medicine exhibite per os maxime post flebothomiam regulariter factam que nō debet fieri nisi stomacho et intestinis prius a superfluitatibus mundatis. Clisteria enim sufficiunt ad educendum feces que in intestinis grossis continentur que de facili in eis in paruo tempore congerūtur. et cum boc minus agitant et debilitant quaꝫ medicine sumpte per os. Sed vbi nō est opus flebothomia aliquādo melius est vti clisteribus. aliquando medicina lentēte ꝑm diuersitatē repletionis intestinoꝝ grossoꝝ tantū aut stomachi ⁊ intestinoꝝ gracilū

Prefert clisterium ceteris medicinis.

stinorum gracilium ad que clistere non ascendit. ¶Notandum quarto q licet clistere ab Auicen. descriptum sit cōmunis iuuamenti. describuntur tamen alia a medicis antiquis et modernis. que etiam sunt cōmunis iuuamenti. Clistere cōmune apud medicos nostri tēporis est huiusmodi. Recipe ordei. maluarum. blitis. añ. M.vnum bulliant in sufficienti quātitate aque vt in.vj.lib.aque in q̄ prius ordeum per.xij.horas fuerit infusum vsq; ad sufficientē decoctionē de qua decoctione accipiātur. ℥.xviij.olei cōis vel violati si indiges maiori infrigidatione. ℥.iij.vitelli oui numero.j.salis.ʒ.ij.misce. Et aliquādo huic addimus duas.℥.mellis violati vbi opus est maiori absterſiōe. Aliqui tamē sicut Gal.ij.terapētice.et moderni q̄daz faciūt clistere ex aq̄ mellis.℥.15.et olei.℥.iij.et ē optimū in febrib⁹ pauce inflāmatiōis. Et potes facere aquā pluris mellis aut paucioris ꝑm necessitatem maioris aut minoris absterſiōis. In febrib⁹ autem incensiuis sicut causones tertiane cōtinue et similes:et proprie tempore estatis facimus clisteria notabiliter infrigidātia ex aqua decoctionis ordei et matrūviolarū quibus addimus succos infrigidantes sicut semperuiue solatri;et similium quantitate duarū aut trium.℥.et aliqñ.ℑ.ſ. camphore.ꝛ ponimus in eis oleum violatum aut nenufarinum et parum zuccari loco salis et supponitur tepidū. Meliores tamen essent succi angurie citrulli cucumeris ꝛ portulace.quia sunt frigidi et humidi lententes et possunt poni in maiori quātitate. Pesida. ¶Notādū q̄nto q̄ ficla idē est q̄ blita.ꝛ est duplex.domestica et siluestris: q̄ siluestris vocatur blitis siue ollus tamenū. Domestica autem est duplex.altera alba. altera nigra.i.viridis obscura.et alba est melior.quia in ipsa est virtus absterſiua et pungitiua iuuans ad lenitionez. sed in nigra est virtus stiptica que non conuenit huic proposito.vtraq; tamen declinat ad frigidū licet in vtraq; sit virtus cōposita. ¶Utrum autē stante necessitate flōmie et farmacie eligentis materiaz propriā que sit premittenda non est hic discutiendum:sed determinabitur inferius. ¶Similiter si queratur vtrū clisteria acuta notabiliter exoluentia competant in febribus. Dicendū est q̄ merito febris nō conuenitūt. Nam quarta primi.cap.de enegmate que ex eis sunt acuta debilitant epar ꝛ perducūt ad febres.et proprie in principio nō cōuenitūt quādo materie sunt crude cum de intētiōe Auicē.xvj.tertij.cap.de cura colice. Clisteria acuta exigant digestionem materie. digesta tamen materia possumus vti clisteribus acutis sicut vtimur medicinis exoluentibus per os. sed merito aliorū que aliquādo cōiunguntur febribus:qñq; conuenitūt sicut in colica subeth stupore dolore capitis ab humore flatico apoplexia et similib⁹. qñ fortius indicarēt q̄ febris indicet oppositū. nam in bis casibus etiā ab initio nulla precedente digestione est eorum vsus necessarius. De lenificatione ventris in febre. ¶Similiter si queratur vtrum in omnibus febribus humoralibus debeat premitti hec lenificatio. Dicendū est q̄ si ventri fuerit lenis que aliquando debet perfici cū clisteri:aliquando cū medicina sumpta per os ꝑm q̄ materie rationes educende cōtinentur in intestinis grossis:aut in stomacho ꝛ intestinis gracilibus ad que clisteria non attingūt.ꝛ ꝑm varietatem dispositionis recipientium in aptitudine ad clistere aut ad medicinam per os sumendam. Verum aliquando oportet ab initio non solum educere materias ꝑmunes:sed etiā proprias sicut ostendetur inferius.

¶Deinde fac ipsam sequi ea que vrinam prouocant.sicut sirupus acetosus decoct⁹ cum radice apij et similibus.

¶Hic est quintus canon.in quo docet euacuare p vrinam.ꝛ dicit.deinde.i.post flebotbomiā si expedierit et post lenitionemventris fac ipsum egrum sequi ea que prouocent per vias vrine. sicut est sirupus acetosus decoctus cum radice apij: et similibus aperientibus et prouocantibus. ¶Pro cuius declaratione primo nota non esse intentionē Auicen.educere per vias vrine materias ꝓprias febrilū:sed quasdā aquositates et partes serosas in venis contētas ꝛ pro magna parte multiplicatas per actionē caliditatis febrilis agētis in massam sanguineā:que licet nō sint materia propria feb.fouent tamen ipsam impediūtq; naturā a digestione et euacuatione materierū propriarum. Verūtamen aliquādo accidit vt cum bis euacuetur materia propria feb.propter propinquitatez aut mixtionez ei⁹ cum huiusmodi serositate. licet eius euacuatio hic non principaliter intendatur. iuuant etiā huiusmodi prouocātia ad materie ꝓprie digestionē incidendo et subtiliando: necnon ad viarū apertionē. ¶Secūdo notandū q̄ Auicē. dixit deinde:ad significandū q̄ hmōi prouocatio debet sequi flebotbomiā si fuerit expediēs aut vētris lenitionem.flebotbomiā quidē ne per huiusmodi cum sint calida fiat inflāmatio.et si secūdo nestante plenitudine fiat precipitatio materierum cū huiusmodi aperientibus ad vias vrine et loca angusta et sequatur opilatio. sed ventris lenitionem ne materias corruptas in stomacho et in intestinis contētas precipitēt ad epar et ad venas. De sirupo acetoso. ¶Tertio notandū q̄ per sirupum acetosum decoctum cum radice apij et similibus possumus duo intelligere.ſ.aut sirupum acetosum simplicē exhibitum cū decoctione radicis apij et similiuz: sicut est radix bruſci feniculi ſparagi aut petrosilini. ex quib⁹ aut aliquib⁹ eorū potest fieri decoctio. cui⁹ tres.℥.possunt exhiberi cū duobus sirupi acetosi simplicis. Et possumus intelligere sirupum acetosum compositu; descriptione Mesue.et alioꝝ qui si non sit liquidus debet cū aliquo liquorū distemperari iuuante ad prouocationem sicut cum aquis decoctionis aut distillationis feniculi apij et similium. Et hi sirupi aliquando possunt fieri ex zuccaro:aliquando ex melle in febribus minus calidis et vbi necessaria esset maior absterſio. Et dicuntur oximel simplex et compositum.et vbi necessaria esset maior infrigidatio darem⁹ duas.℥. sirupi acetosi simplicis cuz tribus.℥.decoctionis aut emulsionis seminum cōmunū frigidorum.

Sed quereres si sirup⁹ acetosus simplex cum decoctione apij et sirupus acetosus compositus. aut oximel compositum conueniat in principio quādo exhibendus erit sirupus acetosus.ſ.zuccarin⁹ aut mellinus qui est prouocatiuus minus et minus aperitiuus:cum notabiliter aperientia et prouocantia debeant postponi. Questio de sirupo acetoso. ¶Ad q̄ respōdetur dicendo q̄ cōueniet ante compositum:vtputa in initio principij exhibebis sirupum acetosum.ſ.zuccarinum aut mellinum cum aqua zuccarata aut simili non aperiente aut prouocante saltem notabiliter.postea parum post eductis materiebus communib⁹ ꝛ facta flōmia:si expedierit dabim⁹ huiusmodi aperiētia et prouocantia hoc ordine seruato:

vt gradatim procedamus a minus aperientibus et prouocantibus ad magis aperientia et prouocantia: sicut incipiendo a sirupo acetoso composito duarum radicum. s. apij et feniculi zuccarino aut mellino ſm diuersitatē materie. et procedendo ad compositū de quinq radicibus. et si materia erit notabiliter calida dabimus in principio principante sirupum acetosum simplicem zuccarinum cum aqua cocta. deinde parum post cū aq̄ endiuie. deinde post cum emulsione seminum cōmunium frigidor. postea digesta materia propria et notabiliter minorata vtendum est magis aperientibus et prouocantibus intensiue et quātum ad multitudinem: et proprie cum volumus p vrinam educere materiam propriam feb.

¶ Deinde fac ipsum sudare et aperi meatus cum illis in quibus nō fit calor fortis: sicut cum inunctione ex oleo camomillino et fricatione cum vino albo: et cum aqua dulci tepida.

¶ Hic est sextus canō. et est etiam de euacuatione materierū cōmuniū. Et dicit q̄ post flebotbomiā lenitionē ventris prouocationē dictam facias infirmū sudare et aperi meatus. i. poros cum bis in quibus non est fortis calor sicut est inunctio cum oleo camomillino: et fricatio cū vino albo potēte et cum aqua dulci tepida in qua balneetur aut cū qua fomētetur. ¶ Et subdit q̄ si febris fuerit acuta nō inuenis excusationē ab inunctiōe et embrocatione. ¶ Notandū circa partem presentem primo q̄ stante plenitudine euacuabili per flomiaz ante puocationē sudoris debet p̄cedere flomia. Nam prouocatiuū sudoris inflāmando et dissoluendo augeret illam. Similiter debet p̄cedere vētris lenitio ne prouocans sudorem trabat materias corruptas intestinales ad epar et ad venas.

De puocatiōe vrine et sudoris

Sed an prouocatiuū vrine debeat precedere prouocatiuum sudoris est dubium: qō boc modo et bene a Gentili determinatur. Premittit ergo q̄ medicamen prouocans sudorem est duor modorum. Unum ab extra approximatū qō prouocat sudorem temperata caliditate aperiente et leuiter trabente materias ad exteriora sicut fricatio debita coopertura pānorū et inunctio cū oleo camomillino et similibus. de quorum numero est etiā retentio anbelitus. Aliud est prouocatiuum sudoris ad intra sumptū. s. q̄ facit illud aliquādo materias subtiliando et mouendo eas versus cutim. Et secundū boc idem potest esse puocatiuus sudoris et vrine ſm diuersas aptitudines corporis in vijs vrine et in vijs sudoris et ineptitudies. Nam radix funiculi subtiliādo sanguinem et q̄ſi eliquādo in omnib' aptis ſm renes ad receptionem materierum propter latitudinem eorum et habentibus fortitudinem attractiuam cuz notabili caliditate prouocabit vrinam. in aliovero homine debilium renū in attrahendo: et cū boc habente vias strictas: sed raro in portis versus cutim faciendo eliquationem euaporosam prouocabit sudorem. ¶ Ex quibus apparet q̄ medicamen puocans sudorem sumptum ab intra est fortius q̄ prouocans vrinam ceteris paribus: loquendo de prouocantibus per qualitates manifestas et non per proprietates. Cuius ratio est. quia prouocās per vrinam subtiliat ad aquositatem et facit eos transire ad renes et fluuatur in boca renibus trabentibus aquam a qua proprium est eorum aquositatem de humoribus trahere. Sed medicamē prouocans sudorem subtiliat ad aquositatem vaporosam debentē penetrare ad loca strictiora q̄ sint vie vrinales. et cum boc non iuuantur ab attractiua membrorum sudantium. s. cutis et sibi affiniuz sicut medicina vrinatiua a mēbris vrinalibus.

His premissis respondetur q̄ medicamen prouocans sudorem primo modo. s. vias dilatando occurrens ab extra: licet posset cadere ī vsu statim facta aliqua minoratione aut lenificatione. securius tamen est q̄ euacuationes et prouocationes vrine precesserint si aderunt in venis materie debentes precipitari cum vrina. vel si essent in venis opilatiōes iudicantes boc prouocatiuo vrine nō vt prouocatiuo vrine. sed vt aperitiuo viarum. ¶ Dicit secundo q̄ prouocans sudorē secūdo modo multo magis debet subsequi prouocatiuum vrine. cuz prouocare sudorem sit difficilius q̄ prouocare vrinaz ex causis suprascriptis ceteris paribꝰ ex parte fitꝰ materie et reliquorum.

Contra quia natura multotiens facit contrariū. ¶ Respondetur q̄ boc est. quia natura melior distinguit materiam a materia quā ars. vnde non semper licet arti que potest facere natura. Si enim constaret medico materias esse circa extremitates venaruz que terminātur ad cutim et non in venis magnis que terminātur ad vias vrine inciperet a prouocatione sudoris. et forte omnino obmitteret prouocātia vrinam. sed boc sibi verso in dubium incipit a via faciliori. Auicen. itaq̄ considerans ordinem predictorum in arte dixit. deinde facipsuz sudare: et declarauit de sudatiuo debili cum dixit aperi meatus. i. poros. et si bec leuis prouocatio sudoris debet sequi predictas euacuatiōes multo magis prouocatio fortis. ¶ Nec obstat dictū Gal'. secūdo terapentice dicētis. q̄ euacuato corpore: licet rarificare cum tepidum calorem habēte: quale est oleum camomillinum. nam quāuis liceat: tutius tamen est vbi vertatur in dubium de situ materierū aptarum prouocari per vtrāq̄ viā incipere a prouocatione vrine. ¶ Notanduz scōo bunc texum debere exponi sicut dictū fuit ab inicio: vt Auicen. bic velit aperitionez porozum et prouocationem sudoris cum trib' auxilijs. ¶ Primū est inūgendo cum oleo camomillino et bene fricando vt subtilietur et penetret. et etiam abstergatur a porozum superficie ne eos opilet sua viscositate. ¶ Secundū auxilium est potus vini. s. subtilis qō debet esse limpbatū magis aut minus ſm exigentiam caloris febrilis et vini potentiā tempus anni et egri consuetudinem. cōmuniter tamē debet esse vinū si est notabilis vinositatis a sexta parte vsq̄ ad octauam. et debet sumi notabiliter calidum. ¶ Tertium auxilium est balneum siue fomentatio cum aqua calida. et fomētatio fit infundendo petias in aqua calida et bene compressas applicare multotiens partibus aptis ad sudorem sicut sunt ſm plurimum dorsum et pectus: et postea ipsum bene pannis cooperiendo vt dormiat. Et bec expositio est conformis dictis Galeni secundo Terapentice: vbi dicit. Totū corpus anteq̄ euacuetur rarificare non oportet. euacuato tamen licet rarificare per oleum camomillinum. et in boc tempore vinum aquosum album subtile bibitum vniuersas mouet excrationes et euacuationes

Galenus.

et euacuationes et balneum ex aqua dulci.verum si bocyinum aquosum album sufficeret medietas aque ideſt vt aqua pro medietate poneretur.

¶Et si febris fuerit acuta non inuenis excusationē ab inunctione et embrocatione. ¶Hic respōdet tacite questioni. Posset enim ꝙs querere:licet ne cum istis in febribus acutis ꝓcedere. ¶Respōdetur ꝙ si febris fuerit acuta non ꝫ procedere:cum bis etiam si sint temperate caliditatis:maxime quando illa febris sit multi caumatis dissoluens corpus et ducens ad etbicam: imo procedendum est cum vnctionibus frigidis sicut oleo violato nenufarino et similibus et procedendum est embrocatione.ſ. epithimatibus frigidis ex aqua rosata spodio ꝫm exigentiam qō dicitur in curationibus febrium acutarum. Qō autē embrocatio possit exponi pro epithimate apparet quarta primi.capitulo de embrocis in littera Gerardi extra.sed de bis latius in capitulo de regimine febrium acutarum.

¶Qō si inuenis humorem in primis declinare ad stomachum: fac vomere cuꝫ eis in quibus non fit diuersitas cōsuetudinis: immo cum eis que sunt sicut sirupus acetosus cū aqua calida: cum natura mouet humorem ad vomituꝫ et nō diuersifices eam. ¶Hic est septimus canon.de prouocatione vomitus.Et dicit ꝙ si tu inuenis humorez in primis.ſ. principaliter declinare ad stomachum supple faciendo nauseam.Aut aliter in primis ideſt in ꝑncipijs tā vniuersali ꝙ particulari.ꝛ supplete quocunq; alio tempore fac ipsum vomere cuꝫ eis que sunt sicut sirupus acetosus mixtus cum aqua calida et similibus leuibus cum natura mouet ad vomitū.et non diuersifices eam ideſt nō facies operationem diuersam illi euacuationi quā intendit natura facere iuxta affor.Undecūq; natura repe/ Galenus. rit inde ducere oportet. Et hic etiam est text⁹ Galeni scō terapentice. Si a casu quandoq; impetum ad os ventris ad os stomachi per vomitū fecerit aliquid non oportet preter idem contra naturam prouocare. ¶Notandū primo ꝙ in principio vniuersali regulariter operando non debem⁹ vomitū prouocare nisi cū lenibus.sed digesta materia licet. ¶Notandū secundo ꝙ buiusmodi vomitiua debent esse non calida neq; frigida: ideo expone cum aqua calida ideſt tepida. ¶Notandū tertio ꝙ vbi natura non temptaret vomitum non licet ipsum in principio quantum est merito cure febris prouocare neq; cum lenibus neq; cum fortibus.Dico merito curationis febrū: quia ꝓpter aliam causam licet ipsuꝫ prouocare. vtputa propter dolorez stomachi aut alia buiusmodi.

¶Qō si fuerit illic declinatio ad intestina et senseris rugitum et descensum fecis: tūc adhibe qō soluat ventrem. ¶Hic est octauus canō.et dicit ꝙ si est illic declinatio ad intestina qō comprebenditur per rugitum.ſ.sonitum ventositatis descendentis. et per descensum fecis versus anū. tunc adbibe qō soluat ventrem.ſ.leniendo aut clisteri aut medicina sumpta per os leniente: aut saltem cum suppositorio.illa enim est conuenientes regio per quaꝫ debet fieri euacuatio.Hi tamen duo cañ. sicut priores sunt principaliter de euacuatione materierū cōmuniū q̄ accidentaliter febribus complicantur licet non sint materia propria febris. ¶Et nota ꝙ in ponendo istas duas euacuationes nō dixit.deinde non enim est opus euacuationes de q̄bus supra ante bas premitti: immo quacunq; bora natura temptauerit vomitum ad secessum: qō frequenter accidit in principio vniuersali et in ꝑncipijs particularibus. et etiam in alijs temporibus tam vniuersalibus ꝙ particularibus est per eadem regionem adiuuanda.

**Sed contra** sequitur ꝙ similiter in prouocando vrinam et sudorem non debeat ponere ly:deinde cum etiam natura per illas regiones quandocunq; temptauerit euacuationem sit adiuuanda. ¶Respondetur ꝙ quandocunq; natura temptauerit aliquā quatuor istarum euacuationum est adiuuanda. Sed inter eas est bec differentia.quia natura non temptante euacuationem per vrinam: nec perventrē nec per sudorem.est tamen merito curationis febris quelibet istarum a medico temptanda in ꝑncipio.Sed si natura non temptaret euacuationē per vomitum in principio vniuersali nō est a medico in eodem principio artificialiter temptanda. ¶Dicitur secundo ꝙ stante equalitate istarū quatuor euacuationum premittenda est euacuatio per ventrem. deinde sequitur vomitus.tertio prouocatio vrine.quarto prouocatio sudoris.propterea loquens de prouocatiōe vomitus post prouocationez vrine et sudoris non dixit.deinde.Similiter loquens de solutione ventris post vomitum non debuit dicere deinde.

**Pro declaratione** dictorum dubitatur.Utrū medicus iuxta quinq; canones suprascriptos faciēs quinq; euacuationes.ſ.flebotbomiā. lenitionem ventris.prouocationem vrine.prouocationem sudoris.prouocationem vomitus euacuet aut euacuare intendat materias cōmunes aut materias proprias febrium bumoralium. ¶Et arguit̄ primo ꝙ euacuet materias proprias. Nam faciens flebotbomiā.iuxta primuꝫ canonem si febris fuerit finocba euacuat et intēdit euacuare sanguineꝫ qui est materia febris propria. Similiter in alijs febribus non pendentibus a sanguine cuꝫ faciat flebotbomiā intendit euacuare cum sanguine bumorem facientem febrem.Cuius signum.qr iuxta determinata superius de intentione Auicen.non faceret flebotbomiam nisi bumor faciens febrem esset mixtus cum sanguine aptus cū eo simul euacuari. ¶Secundo cum lenit ventrem cum prouocat vomitum multotiens euacuat materias proprias que quādoq; precipitantur in principio ad stomachum et intestina.et quia vtile est ipsas euacuare debet intendere ipsarum euacuationem. ¶Et confirmatur quia frequenter cbilus et bumiditates corrupte existentes in stomacbo⁹ i intestinis cum putrent faciunt febrem putri. Earum itaq; euacuatio est euacuatio materiaruꝫ ꝓpriarum febrū. ¶Tertio aliquando contingit aquositatem sanguinis aptam cum prouocatione vrine educi esse causam coniunctam febris putride. ergo ꝛc. ¶Et confirmatur. quia frequenter cum aquositate illa admiscētur bumores qui sunt materia propria febris.et sic illi bumores et aquositas cum medicina prouocante educuntur. ¶Ultimo cum medicina sudatiua educitur frequenter causa coniuncta febris: vt patet in interpolatis. et etiam in alijs.quarū paroxismi cum sudore terminantur.

Quinq; canones euacuādi.

**In oppositum** arguitur de intētione Auicen. in bocapitulo illo. §. Et cum administraueris cañ. predictos. vbi manifeste ostēdit huiusmodi euacuationes nō esse ordinatas ad euacuationem materierū propriarum. ¶ Et cōfirmatur. quia in p̄ncipio nondum digesta materia non debent educi materie proprie febris. propterea p lenitione ventris dicit sibi clisteria magis dilecta. Et certum est clisteria saltem lenitiua non euacuare causam antecedentem que est in venis. neq; coniunctam que ē in ambitu totī. ¶ Preterea euacuātia materias proprias per vrinam et sudorem a principio non conceduntur: immo non concedūtur nisi materia propria predigesta et euacuata.

Quid materia febris.

**Pro solutione** premittendum primo q̄ per materiam feb. non intelligimus fumos aut vapores quātūcūq; sint causa cōiuncta febris. ⁊ quāuis per suprascriptas euacuationes possint educi: et medicus intendat ipsorum euacuationē. sed materiaz febris intelligimus humores cbilum feces ⁊ similes res corpulentas que possunt visu comprehendi potentes facere febres aut ipsas fouere: aut agere. Et sunt duplices. quedaz proprie. quedam cōes. Proprie sunt antecedentes et coniūcte. Causa cōiuncta febris est a cuius calefacto esse immediate pendet febris. Sed causa antecedens est que ē notabiliter dispositā vt acq̄rat calefactuz esse ⁊ fiat causa cōiuncta febris. ¶ Et ex bis infertur q̄ semper est causa antecedens febris quecūq; fit feb. eo q̄ semp est causa antecedens febris anteq̄ fit causa coniuncta febris. et nō potest esse febris nisi fit causa coniuncta eius loquendo semper de febribus humoralibus. Materie aūt cōes sunt duplices. nam quedā sunt necessarie in oībus febribus saltem putridis reperte. quedam contingenter. ¶ Prime sunt triplices. s. feces et quedā viscositates que in stomacho: et in intestinis continētur. et ſm plurimū superfluitates prime digestiōis que in febribus putridis inflāmant̄ et inflāmate euaporantes ad cor fouent et augent febrem et iuuāt ad corruptionē digestionū. ¶ Secūde sunt aquositates serose que generantur in secūda digestione et generate transeunt permixte cum alijs humoribus ad venas. be etiam per actionem calidita tis febrilis et vapores putridi secum permixti inflāmant̄: et etiā multiplicantur per viam cuiusdā liquefactiōis per quā separatur pars aquosior a massa sanguinea: et inflāmate et multiplicate fouent ⁊ augent febrem quāuis non sint materia propria febris antecedens aut p̄iūcta. ¶ Tertie sunt superfluitates que reserantur in tertia et quarta digestione. necnon vapores qui exactione caliditatis febrilis eleuātur a materijs non putrentib? et sparguntur in ambitu totius. et aliquādo condensati circa cutim sub forma sudoris educūtur. Vapores aūt putridi siue vadāt ad cor siue ad reliqua membra numerantur inter causas coniunctas febris putride. licet oppositū senserit Gentilis in hac questione. non volens q̄ aliqui vapores putridi sint causa febris nisi qui reperiūtur in corde. de hoc tamen dictum est superius in primo capitulo huius prime fen. quātū est opportunū. et etiā in q̄stione de maioritate morbi. et be materie ſm plurimū nō sunt causa añs neq; coniūcta febrium: licet quādoq; febrem foueāt et augeant. ¶ Materie aūt cōes que nō necessario: sed cōtingenter in febribus reperiūtur sunt sicut sanguis q̄ aliquando peccans quantitate aut qualitate existens in venis cū humoribus facientibus febrem permixtus aggrauat virtutē: probibet materie p̄prie digestionē. et cū inflāmatur fouet et auget febrem. licet eīm nō sit materia ꝓpria febris: pōt tn coniūgi cum materia ꝓpria febris et facere nocumenta de q̄bus statim. et bi aliquādo p̄cipitant̄ ad stomachū et ad intestina. aliquādo cum vrina. aliquādo cū sudore expellunt̄ a natura stimulata sua multitudine: aut malicia. Et horū euacuatio est euacuatio materie cōis accidentaliter reperte in febrientibus que nō debet dici minoratio ꝓprie sed apud arabes dicitur exiccatio.

**His premissis** fit bec prima conclusio. Medicus euacuās ſz canones predictos quādoq; euacuat materiā p̄priā febris. et cū boc frequēter eius euacuationez intendit. Istā conclusionē probāt rationes facte ante oppositū. ¶ Scōa conclusio. intētio Auicen. non fuit p bos canones principaliter docere euacuare materiam propriam febris humoralis: sed materias cōmunes. ¶ Ex qua sequitur q̄ medic? operans ſm intentionē horum canonū non oportet q̄ euacuet materiā propriam febris. conclusio patet discurrendo. Nam in primo canone de flebotbomia constat q̄ sanguine abundante cū bumore qui facit febres docet flebotbomare nō obstante q̄ sanguis pro tunc nō fit materia propria febris. Qđ aūt dixit esse faciendū si būor q̄ vincit fuerit sanguis est positū incidenter. Nam infra in boc capitulo ponet canonē in vsu flōmie qñ est intenſio sanguinis. Sīr pz de lenitiuo ī quo magis diligit clistere cōis iuuamenti: per qđ vt plm non cūat̄ materia ꝓpria. Idem vī de ꝓuocatiōe vrine et sudoris: qz infra p̄cipiet in ꝑticularib? capīis non esse prouocandā nisi paucificata materia p̄prie qñ loquit̄ de ꝓuocatiōe p quā materia ꝓpria cūatur. Et idem apparet de vomitu qz non precipit educi materiā propriā. sed q̄cūq; ad stōm p̄cipitatur. Et argumenta reliqua adducta post oppositum ad buius conclusionis faciunt confirmationem.

**Ad argumenta** ante oppositum respondetur omnia illa concludere q̄ medicus aliquando in principio euacuat et intendit euacuare materiam propriā febris. Sed dicitur q̄ intentio principalis horuz canonum non est euacuare materiam propriā febris: sed principalis intentio est euacuare materias ꝓmunes quarū aliqe de necessitate aliqe contingēter in febribus humoralibus reperiunt̄.

**Contra determinata** in presenti questione arguitur. sequitur q̄ in effimerāte et etbico medicus deberet facere huiusmodi cūationes. s. lentionem ventris: prouocationem vrine: et prouocationem sudoris cum in eis reperiantur superfluitates prime scōe et tertie digestionis: necnon vapores a bumoribus non putrentibus exactione caloris febrilis eleuati indigentes transpiratione. Respondetur q̄ ceteris paribus non reperiūtur in eis tot ⁊ tante superfluitates nec sic infecte propter defectum vaporum putridorum qui reperiuntur in febrīēte putride. ¶ Secundo dicitur q̄ dato q̄ reperirentur: medicus non ita tute potest facere huiusmodi euacuationes in febrientibus etbice aut effimere timore exiccatiōis corporis. vnde si lenit: lenit cum infrigidantibus et bumectantibus pauce abstersionis et attractionis: sicut cum

ficut cum clisteribus factis ex lacte et similibus. Et multo minus audet prouocare vrinam ⁊ sudorem timore exiccationis.

**Secundo contra** determinationē arguitur.pbando ꝙ intentio bonū canonū sit educere materias proprias.quia pro lenitiuo exhibet Auicē. māna et firupum violatū que eligunt colerā. vt Mesue in cap.de māna.et viola. ¶ Preterea prouocatio per radicem apij appropriat bumorib⁹ frigidis sicut prouocatio cum seminibus frigidis appropriatur bumoribus calidis. ¶ Ad primum dicitur ꝙ licet electiue euacuent bumorem colericum virtus tamen sua electiua est ita modica et virtus sua lenitiua est tanta vt potius operentur leniendo q̄ eligendo. Et cum hoc si aliquid operentur,eligēdo id facīt sine inquietudine ⁊ molestia vnde tute sicut et cassia procedi possunt etiā in notabili quātitate.principaliter tamen ex horū administratione intēdimus lenitionē et superfluitatuz ꝓmuniū et materierū eductionē. ¶ Ad scōm dicit. ꝙ licet diuersis ꝓuocantibus vtendū sit in diuersis materijs:vtputa i calidis decoctiōe aut emulsione seminū cōmuntū frigidorū:in frigidis decoctione radicū apij et similiū.hoc tamen non facimus vt intendamus cū his prouocantibus eligere materias ꝓprias:sed radicē apij et similia notabiliter calida vitam⁹ in febribus calidis timore inflāmationis que cōceduntur in frigidis: tum ratione prouocationis:tum ratione digestionis ⁊ ex simili causa vtimur frigidis in febrib⁹ calidis.

**Vtrum autem** sicut reperiūtur medicine solutiue eligētes proprīū humorē vt scamonea colerā: turbitb flegma:ita reperiantur medicine vrinatiue eligentes proprīū humorē:est dubīū nōdū vt dicit Gentilis ab auctoribus discussum. Credendū tamen est ꝙ sic.Nam assarū a ꝓprietate respiciens flegma et colerā notabiliter diureticū verisimilius dz euacuare per vias vrine hos hūores q̄ melācoliā ad quā non est eius ꝓprietas. ¶ Et cōfirmatur quia medicine a ꝓprietate sua eligētes euacuāt humores quos eligūt ipsos ad se trahēdo:deinde a presentia humorū et medicine natura stimulata ipsos eūat p regionē magis aptā illi eūationi. sed medicine diuretice petūt vias vrine: ergo ipse aliquo tēpore in illis vijs debēt ad se trahere humores quos respicīūt: et sic natura illis humoribus et medicina stimulata illos p vias vrine cūabit. ¶ Et cōfirmaī quia in paratis ad vrine ꝓuocationē medicine solutiue frequēter prouocant vrinam et ventrē non soluunt.Sicut mihi accidit cū dediſſem pillulas aggregatiuas spectabili legū doctori domino Christoforo de cāpo causa soluendi ventrem:multotiēs cum magno dolore vrinam prouocauerūt nihil soluētes. ¶ Preterea de intentione Auicen.scō canone multū scamonee exhibitū euacuat per vrinā. Parum autem aut in quātitate moderata exhibitum soluit ventrē. Est tamen credendū eam per regionem illam esse magis prouocatiuam colere ꝙ flegmatis vel melancolie. Et ex his infertur ꝙ si miſceremus medicinam eligendi aliquem humorē quicūq̄ sit ille in pauca quātitate cū medicina multū diuretica ille humor per vias vrinales educeretur:sicut si miſceremus turbith aut coloqntidā cū cantaridib⁹. ¶ Et cōfirmaī de intētione Aui.in ca.de cura singultus vbi dicit ad litteram. Et iam laudati sūt trociſci huiusmodi. ¶ Recipe costi.croci.rosarum recentium.masticis spice.oīm ana.4.aureos:assari aureos duos:aloes: opij:amborum ana aureum.ſ.conficiantur cum succo psilij: exhibeatur ex eis medietas aurei psilium et opium stupefaciunt:spica confortat et resoluit: assaruz inclinat humiditates ad partes vie vrine et educit eas p eam.Aloes inclinat eas ad viam fecis et extrahit eas ex ea.Ecce ꝙ purificat assarū et aloem inducendo humiditates q̄ efacīūt singultū: aloes inducendo per vias ſeceſſus: assarum per viam vrine.educit ergo eligendo. ¶ Satis itaq̄ ex predictis rationibus constat ꝙ ſicut reperitur medicina ſolutiua eligēs determinatos humores quos euacuat per viam ſeceſſus:ita reperitur medicina vrinatiua eligens determinatos humores quos euacuat per viam vrine. ¶ Ultimo vt bi canones ꝓpter iuuenes ponātur in practica. Cum tu ſuperuenis febrienti febre putrida et videris in prima die neceſſitatē flōmie: flōma eadem die vel q̄ citius potes:expectando tamen horam quietorem:niſi fuerit ex peſtilentialibus:aut ſimilibus q̄ non dant indutias:nam in his casibus opz ea hora qua occurris flōmare. Sed ante flōmiā regulr operando premitte lenitionē ventris ſi oportuerit cum cliſteri lenitiuo ſi ſuperfluitates prime digeſtionis nō ꝓtineantur niſi in inteſtinis groſſis. Si vero ꝓtineantur in ſtomacho:aut in inteſtinis gracilibus:qō cognoſces:quia vides egrum nauſeantē et ſentientē extenſionē ſuprāumbilicū:melius est exhibere lenitiuum per os. poſtea ſequēti die:aut q̄ citius potes fac flōmiam.Deinde poſt flōmiā fac etiam iterum lenitionem ventris die ſequenti ſi nō fit lenis.ſed ſm plurimum ſufficiet cliſtere:aut forte ſufficiet firupus aceroſus: et aq̄ ordei:aut vtrūq̄ premittendo firupum acetoſum per duas horas ante aquam ordei debite calam. Et iam ſm plurimū tranſiuerūt tres dies et operatus es cum duobus cañ. Et cum scōo ſibi exhibuiſti firupum acetoſum:aut aquam ordei tam leniſti et digerere incepiſti. Et iam opus est vt quarta die:aut q̄ citius potes opereris cum tertio cañone prouocando ⁊ potentius digerendo. dabis ergo firupum acetoſum ſimplicem cum emulſione lactis ſeminū cōmunū frigidoꝝ: ſm ꝙ melius tibi videbīt iſpecta quātitate caloris febrilis. Nec tamen obliuiſceris in toto cure proceſſu lenificationis ventris cum cliſteri:aut ſaltem cum ſuppoſitorio ſi ſponte ſua nō fuerit lenis. ¶ Poſtea aperies poros exhibendo aliquod ſudatiuum ⁊ ipm pannis cooperiendo eligendo horam in qua magis est aptus ſudare.Sudatorium fit ſimul materie digeſtiuuz ſicut aqua ordei notabiliter calida cum pauco vini ſubtilis et precipiendo ſomnum. hoc enim magis gratum est egro et magis profituum ꝙ vngere cum oleo camomelino et ſimilib⁹: ⁊ iam operatus es cum quatuor cañ. Et quocūq̄ tempore vides egrum nauſeantem ſiue ante flobothomiam ſiue poſt:ſiue etiam non facta flobothomia exhibe firupum acetoſum cum aqua tepida et cum impoſitione penne aut digitorū in ore procures vomitum. hoc tamen fac niſi habuerit cibum in ſtomacho quem oporteat retinere ⁊ niſi multotiens euomuiſſet:et eſſet dubium ne ſtomachus ſuus fieret cloaca ſuperfluitatū. Et hoc modo rectus est eger tuus cum quinq̄ cañ. ſuprāſcriptis. Et hi canones hoc modo exequendi ſunt cura regulari.Nam cura coacta in quinq̄ caſibus q̄ inferius ponentur in hoc capitulo oportet incipere a medicina eligente materiam ꝓpriam.

Modus practicandi in febre continua.

Notatu dignū

De aſſaro.

De chriſtoforo de campo.

rociſci ad ſingultū valētes

¶Et prohibe eum a somno in principio febriū proprie quādo est horripilatio: aut frigus et rigor: quoniā prolongatur super eū frigus et rigor: ipsa nāq; exprimūt materias si fuerint euntes ad quedam viscera et prohibent digestionem humorū. Apud declinationem vero est iuuatiuus valde et fortasse non nocet apud statum.

Quatuor notāda de somno in febre.

¶Hic est nonus canō et ē de somno qui quādoq; iuuat: quādoq; nocet in febribus. Et dicit q̄tuor. ¶Primū q̄ tu medice debes prohibere febrientē febre humorali a somno in p̄ncipio. s. particulari. ¶Scōm q̄ proprie. i. maxime debes ipsum prohibere quādo est horripilatio: aut frigus: aut rigor: aut hec oia. Et assignat tres causas. Prima: qm̄ per somnū prolongat supra eū. s. egrū frigus rigor aut horripilatio. q: somnus non p̄mittit calm occupare materias ⁊ expādi qua expāsione et occupatiōe cessant huiusmodi tipi. Secūda q: ipsa sc̄z frigus et rigor et horripilatio exprimūt materias si fuerint euntes ad quedā viscera. i. faciūt q̄ materie que sunt prone ad fluendū ad aliqō mēbrum intrinsecū: sicut epar stomacbus ⁊ similia et tius et in maiori quātitate fluāt ad ip̄m siue apāntes siue non. Nam ista sunt causa motus sanguinis et spūs ad interiora: et per cōsequēs etiā aliarum materierum. Tertia causa. quia ista prohibēt digestionē humor̄. non permittūt em̄ calm expādi in materia: immo suffocant illud sub ea. ¶Tertium dictum q̄ somnus in declinatione est valde iuuatiu⁹. ¶Quartū apud statum forte nō nocet.

Argumēta circa materiā sōni.

**Pro declaratione** huius canonis dubitatur. vtrū sit somnus prohibēdus in principio particulari febrium humoraliū: et ꝓprie cū sunt frigus rigor et horripilatio. ¶Negatiue arguit̄. nam somnus in principio particulari multotiēs fit ⁊ nō nocet: ergo nō est prohibendus. assumptum est Auicen. secūda huius. capitulo de signis sumptis ex parte somni et vigilie. Scōo. in somno vigorant̄ oēs virtutes naturales. et per cōsequēs vigoratur digestio ciborum et humorū. sed hec ꝓueniūt in p̄ncipio febriū: ergo somnus nō est prohibēdus. tenet cōsequētia: et assumptū est Auicē. scōa primi. capitulo de bis que ꝓueniūt ex somno. ¶Tertio in forti rigore Aui. prouocat somnū cū opio infra in capitulo de regimine rigoris. q̄re ⁊c. ¶Ex quo sequitur q̄ propter somnū non prolongatur. contra primā causam hic ab Aui. assignatā. ¶Quarto somnus prohibet motū materie ad viscera cōtra secundā causam Aui. quare ⁊c. antecedens ꝓbatur. quia de intentione Auicen. loco allegato. Sōnus oēs fortes prohibet euacuationes excepto sudore quē prouocat: et per cōsequēs potius mouet exterius q̄ interius ad viscera. ¶Quinto somnus vnit calorem interius per quem digestio fortificatur. ergo non prohibet digestionē: sed iuuat contra tertiā causam. ¶In oppositum est hic Auicen. et Gal. scōa aphorismo⁹. et Rasis. xvj. continentis: cap. de bis que sequūtur febres.

Notāda de sōno scōm rasim penum.

**Pro solutione** dubij notabo aliqua. deinde ponam cōclusiones responsiuas ad quesitū. Hic obmitto quiditatē somni et multa alia huic proposito nō necessaria. Nam de bis expediti sumus super nono Almansoris. cap. de subet. ¶Notandū tamen q̄ in principio somni sanguis et spūs trabūtur de exteriorib⁹ ad interiora. trabūtur em̄ de extra venas ad intra venas: et de paruis ventis ad magnas: et tandē ad mēbra nobilia: sicut sunt cor: epar: ⁊ cerebrū: et reliqua mēbra sibi propinqua: et cū spiritibus trabuntur ad eadem loca vapores secum permixti per viam sequele: et cū sanguine trabuntur alij humores sibi permixti. ¶Propterea scōa primi. exterioribus infrigidatis pluribus indigemus cooperimētis in somno q̄ in vigilia: quia in vigilia fit motus oppositus. ¶Hanc etiam attractionē ad interiora operatur aia sentiens mordicationē membrorū sensibilitū in principio paroxismorū vt eorū nocumento succurrat: propter quez motum ad interiora sequentē tam somnū q̄ rigorem materie maligne. simul cū vaporibus suis q̄ deberent expandi exterius mouent̄ interi⁹ ad mēbra nobilia: et sic necesse est paroxismū prolōgari ꝓm oia sua tēpora. et scōo materias motas interius multo magis ledere membra nobilia et digestionē humorū impediri calore naturali sub ipsis suffocato. ¶Notandū scōo q̄ licet somnus naturalis in vniendo calorem interius deducto impedimento oēs fortificet opationes naturales: multotiens tamen accidit per motū materie male interius sua multitudine suffocantis: aut sua malignitate corrūpentis spūs opatiōes naturales impediri. Et multotiens ipse vnitus interius inuenit materiā malam ipsam calefaciendo agitat dilatat et vapores malignos eleuando nocet membris nobilibus eor̄ impedies opationē. ¶Notandū tertio q̄ licet somnus fit valde similis q̄ti: et faciat corpus quiescere a motu volūtario: ex p̄ boc habet motū humorū cōpescere. nō tamen facit eorū omnimodā quietē. immo in principio sui quando sanguis et spūs mouētur interius: mouētur etiā alij būores et vapores secum. s. cū sanguine et spū permixti. postea spūs interius fortificati mouent materias bonas nutrimentales ad extra et diuidūt in mēbra corporis. ad quē motū sequitur vlterius exuberatio sudoris. Propterea si somnus inuenit in principio sui motū aliquarum materierū interius ipsuz fortificat ⁊ auget. Propterea dixit Auicē. q̄ exprimit materias si fuerint euntes ad quedā viscera siue ad ipa apostemādū siue aliter opprimendū absq; ap̄ate. licet ergo ex parte qua fecit corporis quietem a motibus voluntarijs sit aptus quietare humores: cū tamen inuenit motum alicuius humoris ad interiora ī sui principio ipsum fortificat. Similiter cuz inuenit materias cuz expandit̄ extra eas mouet exterius frequenter ipsas euacuans cum sudore.

Somnus naturalis.

Somnus similis quieti.

**Contra. sequitur** q̄ somnus in sui principio deberet facere vomitū et fluxū ventris cū moueat materias ab extra ad intra versus regiōes illas. Aut saltem sequitur q̄ in sui principio nō deberet ipsos fistere. cōsequēs cōtra experientiā. ¶Et confirmatur quia in fine somni cū expandunt̄ materie ad extra sudor prouocat̄ materijs motis a centro ad circūferētias. ¶Preterea sequit̄ q̄ incboāte somno sudor icboatus tempore vigilie: aut de proximo incboādus magis exuberet in principio somni. ¶Ad primū negetur id ad qō deducit̄: cuz sanguis et spūs et quecūq; alie materie moueantur ad mēbra principalia ꝓm plurimū eorū nō ad stomacbū et intestina nisi ꝓm modicū eorū et sic ī sui principio somnus non est causa vomitus neq; fluxus vētris in mobilitando materias que sunt proxime stomacbo aut intestinis: aut in eis continentur et

nentur et minuendo acuitatē sensus intestinorū et stomachi prohibet vomitū ⁊ fluxū vētris:nō tamē sicut in fine somni:cum materie moueantur extra: et sicut somnus aliquas materias mouet interius in sui principio:aliquas mouet exterius in fine siue in ꝓcessu eius:aliquas q̄ sunt circa mobilia:nō tamē principalia:aut sunt in eis imobilitat:⁊ sic ratione huius fistit vomitū et fluxū ⁊ ;oēs alias euacuationes preter sudorem tam in principio q̄ in fine. ¶ Preterea minuēdo sensum debilitat virtutem expulsiuā que irritat a presentia materie:tam in fine quā in pricipio. ¶ Et ex his ptz solutio ad ꝓfirmationē. ¶ Ad scōam rōnē respōdet ꝙ aliqñ sudor incboat in vigilia:aut de proximo incboandus fistit ⁊ ꝓhibet in pricipio somni:et non semp cū alique materie sudorales sint ita proxime poris vt nō possint ꝙuerti interi?:imo agitate in motu sanguis ⁊ spiritus ad interiora amplius fluūt per poros cutis per quos inceperāt fluere. ¶ Motandū quarto ꝙ somnus obtūdit oēs sensus exteriores:nō soluz qz ab ipsoꝝ instrumētis retrabat spm̄ aialē:aut ip̄m retineat interius: sed qz reddit ipsorū substātiā turbidā:vt sentit Auic.ij.primi.c. de his q̄ ꝙueniūt ex somno. Et iō per ip̄z sensationes ⁊ motus iperficiūt impediūtur et obtūdūtur vnde quāuis mēbra exteriora infrigidētur et adsit in eis humorū mordicatio in pricipio paroxismi. prouocato tamē somno sensus infrigidatiōis et mordicatiōis remouet:aut obtūdit:⁊ sic rigor qui per has sensatiōes sequit remouet. ¶ Ex quo apparet ꝙ rigēs i ꝑn°. paroxismi aliquo mō iuuat somno:quia prohibet sensatio rei irritātis ad rigorē: ⁊ sic cessat rigor. Aliquo etiā mō nocet somno pro quāto materierū cita sparsio ⁊ partialis resolutio impedit ⁊ mēbrorū calefactio. Et ideo cum dicit Auic. in lra ꝙ per somnū prolōgatur supra febrē tem rigor ⁊ frigus nō debet intelligi ꝓprie de rigore:qz iste p somnū remouet: sed intelligendū est de causa faciēte rigorē que est humor. huiusmodi em̄ sparsio subtiliatio ⁊ resolutio impeditur: ⁊ cōsequēter membroꝝ exteriorū calefactio. ¶ Notāduz quinto ꝙ licet in pricipijs paroxismoꝝ particularium materia moueat ad exteriora:mouet tñ motu prefocatiuo caloris naturalis. primo qz ꝓpter horribilitatē materiei ⁊ nocumētum qō ip̄rimit in mēbra calor ꝓfundat et submergit. Scōo quia vapores in pricipio a materia eleuati sunt būidi crudi grossi spirituū ⁊ caloris membrorū extinctiui: sicut superius per similitudinē dictū est de vaporibus lignorū viridiū qui extinguūt paruū ignem ⁊ prefocāt. Uerūtamē nō oēs dispōnes principioꝝ in prefocādo sunt equales:immo scōm varietatez materierū in multitudie paucitate ⁊ subtilitate digestione et cruditate et celeritate mot⁹ et tarditate:et scōm varietatē dispositiōis patiētis mēbrorū super que fert talis materia fiunt multe varietates in pricipijs particularibus: et multo maiores et maior prefocatio: cum adsunt in principijs frigus et rigor ac horripilatio et maxime quando istis somnus contūgitur. omnino em̄ hec quatuor scilz materie horribilitas. scōo vapores grossi ab ipsa eleuati. tertio frigus rigor ⁊ horripilatio. q̄rto somnus subtilis concurrūt ad caloris innati ꝑfocationē iuxta paroxismātis tardam inflāmationem et resolutionē ⁊ mēbroꝝ tardā calefactionē.

Somni ꝓprietas.

**Ex quibus** apparet solutio ad quesituz in his cōclusionibus. Prima semper somnus in pricipio particulari est aptus facere notabile nocumētum. Conclusio ptz ex hoc vltimo notato. adiuuat em̄ ad caloris prefocationem. tardat materie paroxismātis resolutionez et mēbrorum debitā calefactionē quare cū paroxismus debeat terminari per materie paroxismātis resolutionē: opus est ipsum ꝓpter somnū ꝓlongari. ¶ Secūda ꝓclusio. scōm plurimū somn⁹ in pricipio particulari est magis aptus obesse quā prodesse. probatur. nam semp facit notabile nocumētum ex precedēti cōclusiōe: rarissime autē facit notabile iuuamentū nisi cū rigor est ita intēsus ⁊ longus vt impediret anhelitus propter nocumentum in lacertis pectoris:et esset dubium de egri suffocatione. Aut quando virtus ex nimia ꝓcussiōe preter modū resolueret: hec autem raro euenīūt. ¶ Ex quibus sequitur cōclusio respōsiua ad quesitū qō scōm plurimū est somnus prohibendus in pricipio particulari febriū humoralium.

**His sic determinatis** superest vt respondeamus ad argumēta ante oppositū. Ad primū quod est autoritas Auicē. scōa quarti cap̄. allegato. In pricipio vero eius:scz paroxismi multotiens fit somnus ⁊ nō nocet: exponit et non nocet: idest nō est signū magni nocumēti cōparatus ad somnum factum in statu de quo parum ante locutus est cū dixit: et hoc totū in statu paroxismoꝝ febris est deterius: scilicet per viam signi licet ecōtra per viam cause somnus sit deterior in pricipio quā in statu. ¶ Ad scōm respōdet negādo qō virtutes ⁊ opationes naturales vigorētur in somno in pricipio paroxismi. quia licet rōne vnionis spirituuz deberēt vigorari: tamen plus debilitant ex delatione materierū malarū ad mēbra nobilia que delatio fit ꝓpter somnū in pricipio paroxismi. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ somnus est prouocādus in pricipio paroxismi aliquādo ꝓpter accidētia fortia sequentia fortem et diuturnū rigorē de quibus dictuz est. Et dicitur qō rigor tunc nō prolongatur propter sensus obtusionē: licet adsit humor qui de se est causa rigoris: et in his casibus potius eligitur paroxismi prolōgatio quā nimia ꝝtutis dissolutio ⁊ fortemors. ¶ Ad reliqua duo argumenta patet solutio ex dictis in questione.

De somno apō statuz.

**Secūdum dubium.** Utrū somnus sit iuuatiuus apud statum ⁊ declinationē particularē. Et arguitur ꝙ nō: quia tam in statu quā in declinatione trabūtur vapores ⁊ materie interius versus mēbra mobilia et prohibet ipsorū resolutio. ⁊ sic paroxismus ꝓlōgatur. ergo nō est iuuatiuus. tenet cōsequentia: et assumptū patet scōa affoxismorū cōmento primo. ¶ In oppositū est Auicē. in parte presenti. apud declinationez est iuuatiuus valde: et fortasse nō nocet apud statum.

**Pro solutione** huius notandū primo in declinatione parti/

An somnus sit aptus ⁊ bonus in declinatiõe.

culari paroxismi deductis alijs materia et fumi sunt paucificati subtiliati versus extrema transmissi longe a fonte caloris pro maiori parte: quare difficulr trabũtur: ⁊ si retrabũtur min⁹ sunt pfocatiui propter paucitatẽ et subtiliationẽ: qr spũs sunt resoluti in tẽporibus p̃cedentibus. virtus est debilis: et indiget refocillatione. prouocato ergo somno spũs interius retrabũtur ad membra nobilia: et ibi vniũtur et confortãtur quia nõ prefocantur a multitudine vaporũ secum tractorum: sicut in partibus precedẽtibus: vnde virtus fortificata illud parũ qõ superest intus de vaporibus ⁊ humoribus superat: et cum sparsione nutrimẽti parum post expellitur extra: et cum hoc fortificatis virtutibus naturalibus fit humorũ digestio et spirituũ et regeneratio. ¶ Ex quib⁹ ptz qõ sine notabili nocumento in declinatiõe particulari merito dispositionis paroxismi: ⁊ sue ꝓprie materie alijs deductis somnus est aptus multũ iuuare. Contingit tamen aliquãdo propter malignitatez materie cui⁹ omnis parua pars retracta multum nocet: sicut in materia antracis et similibus. propter aliquã latentem materiaz q̃ agitatur a calore fortificato in somno in declinatiõe fiat nocumentum. Et similiter ex alijs paroxismis ꝯplicatis: aut ex errore regiminis: sed merito dispositiõis declinatiõis febris putride somnus est aptus multũ ꝯferre ⁊ parum obesse. ¶ Notandũ scõo q̃ somn⁹ in statu paroxismi est fere equaliter indifferẽs ad iuuandũ ⁊ nocẽdum qõ potest declarari tam ex parte cause imprimentis: scz vaporũ ⁊ humorũ quã ex parte corpis patiẽtis. Nam status particularis in sua quiddite includit vltimatam caliditatẽ que possit esse in paroxismo. Nec autẽ vltimata caliditas potest esse propter maiorẽ multitudinẽ vaporũ cum magna quãtitate materie reseruate vsq̃ ad statum. Et potest esse etiam propter valde intensam caliditatem vaporum et materie. dato qõ vapores et materie sint paucificate notabiliter tẽpore status Utrũq̃ enim frequẽter ꝓtingit: licet semp fit necessarium merito status paroxismi materiã et vapores eẽ calidiores quã antea. Et tũc manifestum est q̃n sunt paucificati vapores ⁊ materia notabiliter licet sint calidiores notabili⁹ quã ante magis prodesse somnũ q̃ obesse: cũ tunc per magnã eoꝝ subtilitatẽ sequentẽ eorũ intensam caliditatẽ sint valde apti trãspiratiõi: et eo magis: q: pori corporis sunt tunc multũ dilatati. Paucitas eñ ⁊ eorũ subtilitas cum pororũ dilatatiõe facilit ad eorũ facilem trãspirationẽ et paucã eorũ conuersionẽ interius ꝓpter somnũ. Ecõtra quãdo multũ de materia, esset reseruatũ in statu: et vapores essent plurimi et grossi. somnus in statu esset magis aptus obesse quã prodesse. Silr hec equalis indifferẽtia ad iuuandũ ⁊ nocendũ potest cõtingere ex parte corporis. Sunt eñ quedã corpa parata exiccationi ⁊ resolutioni: sicut corpa colerica et filia habentia poros latos ⁊ humores subtiles parũ de humido quorũ virtus facile dissolui⁹: ⁊ istis somnus tẽpore status multo magis prodesset quã obesset. Ecõtra sunt aliqua corpa habentia oppositas ꝯditiones minime apta exiccatiõi ⁊ humorũ ⁊ spirituuz dissolutiõi: ⁊ istis somnus in statu magis obesset quã prodesset. Propter ergo banc fere equalem indifferentiã ad iuuandũ et nocendũ Auic. locut⁹ est sub ambiguo dicens: et fortasse nõ nocet apud statum. Et Gal. in cõmento prio scõe particule dixit q̃ quãdoq̃ iuuat in statu ⁊ in augmẽto statui vicino: nõ tamẽ dixit semp. In augmẽto tamẽ licz pos

Somnus in statu differens.

sit iuuare et nocere est minus aptus ad iuuandũ et magis ad nocendũ q̃ in statu. Econtra in cõparatione ad principiũ. ꝓpterea dixit Auic. fortasse nõ nocet apud statũ: per ly apd statũ intelligẽdo augmentũ et statũ. Pria itaq̃ medietas augmẽti magis attestat principio quo ad iuuandũ ⁊ nocendũ merito somni. Scda vo medietas magis attestat statui. ¶ Et ex bis apparet qõ deductis alijs somnus est magis aptus nocere in principio paroxismi febris putride quã in alijs tẽporib⁹ eiusdẽ paroxismi. Et scõo loco magis aptus nocere in augmento. et tertio magis in statu et quarto minus in declinatiõe. Nam nocumentũ somni factũ in principio est maius intẽsiue ⁊ extẽsiue quã nocumentũ alicuius alterius tẽporis alijs paribus: secũdo nocumentũ augmenti: et sic de ceteris.

De nocumẽto somni in principio febris.

Et ex bis ptz respõsio ad questionẽ q̃ somnus vt plurimũ est iuuatiuus ⁊ cõcedendus in declinatiõe. Dixi aũt scõm plurimuz propter causas dictas in prio notato. scz de materia venenosa q̃ rarissime cõtingit: sed in statu somnus est fere equaliter indifferẽs ad iuuandũ ⁊ nocẽdum: sed in augmẽto frequẽter est magis aptus iuuare quã nocere frequẽter. Ecõtra licz frequẽtius sit aptus magis nocere quã iuuare. in princip. aũt scõm plurimũ magis nocet quaz iuuet: ⁊ rarissime est cõcedendũ: sicut determinatũ est in prima qõne Rarissime eñ accidũt rigores illi fortissimi cogẽtes administratiõez somni in principio. adsunt raro materie venenose, pbibẽtes eius administrationem in declinatiõe. in augmẽto autẽ et statu indicia sunt media. propterea dixit Auicẽ. fortasse non nocet apd statũ: verũ medietas pria augmẽti magis attestat principio: ⁊ secunda magis statui.

De somno in declinatione iuuamẽto ipsi

His ita determiatis supest vt respondeam⁹ ad rõnes adductas in oppositũ. ¶ Ad primã dicit qõ licet aliq̃d de vaporibus ⁊ materia retrabatur intra: et licz ratione huius fiat aliquid nocumenti hoc modicissimũ est in cõparatiõe ad iuuamentũ qõ sequit ex somno de fortificatiõe virtutis sequẽte vnionẽ spirituũ circa mẽbra nobilia: cũ tũc materia ⁊ vapores sint pauci ⁊ multũ subtiliati. ¶ Sz de somno in statu dictũ est ipsum esse indifferentẽ ad magis iuuandũ quã nocendũ ⁊ ecõtra. Et somnus in declinatiõe scõm plurimũ abbreuiat paroxismũ ꝓuocãdo sudorẽ: aut faciẽdo materias: aut vapores citius resolui insensibiliter ꝓpter fortificationẽ virtutis. ¶ Et ad cõfirmationẽ dicit: quod licet vapores ⁊ materia sint magis inflammati in statu quã in reliquis tẽporibus: tamen nõ necessario sunt plures. Item sunt magis subtiliati: et sic magis parati resolutioni. De hoc tamẽ in questione dictũ est quantũ est opportunũ. ¶ Ad altã cõfirmationẽ dicit q̃ licz virtus sit debilior in statu ⁊ declinatiõe quã tẽporib⁹ precedẽtibus: ⁊ equale nocumentũ minus possit tolerare: tamẽ nocumentũ retractiõis vaporũ ⁊ materia interius sequẽs somnum est valde minus in statu ⁊ declinatiõe quã in tẽporibus p̃cedẽtibus. ¶ Ad vltimã rõnem que est autoritas Gal. cõmento prio scõe affoxismorũ dr q̃ nocumentũ somni in declinatiõe est deterius p viam signi quã in aliquo tẽporũ precedentiũ. et simili modo est deterius in statu quã in augmẽto: et in augmẽto quã in principio. cum quo tamẽ stat q̃ per viã cause sit contrariũ: sicut determinatum est. Est eñ pessimũ signũ et frequẽter pernitiosum qõ somnus in declinatiõe in qua maxime iuuare debet noceat. ¶ Ex bis ptz solutio ad. q. solitã queri an sit iudiciũ

an sit iudiciū idem de conceptiōe somni in tempo ribus vniuersalibus ⁊ particularibus. Et respōde tur ꝙ sic: vnde libertius ⁊ longiorē somnū ꝓcedim⁹ in declinatiōe vł̄i ꝙ in statu vł̄i: et in statu ꝙ in aug mento: ⁊ in augmēto ꝙ in p̄ncipio vniuersali. Est tamē somnus in vł̄i magis aptus prodesse: ꝙ ob esse scōm diuersitatē crisiū. nam in crisi per sudorē est multum aptus prodesse: sed in crisib⁹ aliis ma gis aptus obesse quā prodesse: cū somnus retineat omnes fortes euacuatiōes p̄ter sudorē.

Cāperius. Et non prohibeas ei aquā frigidaz nisi fuerit humor qui est in eo crudus ⁊ grossus tunc enim prohibet digestionem.

¶ Positis quibusdā canonibus respicientibus ma terias maxie cōes. hic ponit canones quibus do cet extinguere calorē febrilē: minus tamē ḡnales illis quos superi⁹ posuit. docet eñ vsum aque fri gide in febribus: ⁊ habz hec pars duas partes. in prima docet vsum aque frigide in potu. scōo p ex trinsecā applicationē. scōa ibi. infra per vnā colū nam. (immo cū videris calefactionez.) ¶ Primam partem diuido in septē partes. nā in prima ponit cañ. in vsu aque frigide. in scōa ibi. (Nisi fit stoma chus.) docet ꝺditiōes ꝓhibētes potū aque frigi de: et indicātes ipsius exhibitionē. in tertia parte ibi. (Et quādoqꝫ datur in potu.) ponit quātitatez que quādoqꝫ datur de aqua frigida in potu febri tibus cum effectib⁹ eius. in quarta parte ibi. (Et quādoqꝫ iterū sunt) docet quid faciendū est qñ cō tingunt ꝓtrarie indicatiōes in exhibitiōe aque fri gide. in quinta parte ibi. (Et sirupus quidē aceto sus) docet rem vnā infrigidātem: nō ita nocentem sicut aqua frigida quādo sunt prohibētia. in sexta parte ibi. (Et cū nō licet). ostēdit nocumēta sequē tia potū aq̄ frigide incōueniēter sumpte. in septi ma parte ibi. (Et ille quē plurimum) docet q̄ sunt corpora quibus aqua frigida magis debet prohi beri. Primā partē diuido i tres. in p̄ia ponit cañ. cū ꝓbatiōe scōe partis. in scōa ponit ꝓbationem vtriusqꝫ partis: tamē satis cōfusam. in tertia ꝓbat primā partem cañ. scōa ibi. (Et scias). tertia ibi (Humores aūt colerici). ¶ In p̄ia ꝑte dicit ꝙ me dicus nō debet prohibere febrīēti febre bumorali aquā frigidā: nisi bumor q̄ est i febrīēte fuerit gros sus et crudus: er probat partem secundā exceptā per boc: qr bumor qñ fuerit grossus ⁊ crudus aqua frigida in potu exhibita ꝓhibet digestionez: ideo tunc dz ꝓhiberi. Includit itaqꝫ canon duas parti culas. prima est ꝙ bumore nō existēte in febriente grosso et crudo non debet ei aqua ꝓhiberi: scz quā tum est merito būoris. Scōa est: quia ipso existēte crudo et grosso debet ꝓhiberi febrīēti febre bumo rali aqua frigida. ¶ Notandū igit̄ p̄rio ꝙ ꝑ aquā frigidā intelligim⁹ aquā dulcem habentē oēs, aut plures ex decē et octo ꝺditiōibus laudabilis aque de quibus secūda primi. Et intelligim⁹ oēm mo dum exhibitiōis eius per os: scz aut pure aut per mixte cum vino vel sirupo vel zuccaro vel vino gra natorū: aut aceto vel quacunqꝫ alia re huic propo sito deseruienti. Et similiter tam tēpore cibatiōis quā extra in multa: pauca: aut mediocri quātitate tam cruda quā cocta. Maxime tamē Auicen. intel ligit: in boc canone de ipsa exhibita cruda in ma gna quantitate. ¶ Nota secūdo ꝙ cum Auicenna dicit nisi in febriente fuerit humor grossus et cru dus. licet maxime loquatur de bumore qui est cau sa antecedēs aut coniūcta febris: tamen intelligi potest etiam de alijs bumoribus: qui licz non sint causa coniūcta febris: tamē possunt ipsam fouere bi etiā ꝓhibēt aque frigide exhibitionē. ¶ Tertio notādū ꝙ dixit copulatiue nisi fuerit būor grossus et crudus. Nam si fuerit grossus ⁊ digest⁹: sicut ali quando reperit̄ colera nota aut colera adusta di gesta nō prohibeb̄ potus aque frigide. Sil̄r si fue rit crudus et subtilis: sicut colera subtilis fupflue calida nō prohibeb̄ potus aque frigide. Similiter si fuerit etiā subtilis: immo optime ꝓfert ipam di gerendo. vbi vero sil̄r sit grossus ⁊ crudus nō cōue nit potus aque frigide. ¶ Quarto nota ꝙ iz existē te bumore calido subtili ⁊ digesto cōueniat potus aque frigide quātum est merito bumoris: ⁊ licz ip so existēte crudo grosso discōueniat attamē meri to aliarū dispositionū aliqñ in primo casu prohi betur saltē in multa quātitate: vt puta qñ bomo es set insuetus potui aque frigide cū apostemate in trinseco cū paucitate caloris innati: et de singulis dispōnibus ꝓhibētibus potū aque frigide. Et si militer ecōtra būore existēte grosso crudo: vbi esset extrema caliditas corp⁹ arefaciēs exhibeb̄ potus aque frigide potius eligēdo, plongationē egritu dinis quā corporis extremā exiccationē: ⁊ proprie in consuetis potui ipsius. Cañ itaqꝫ supertuspo situs respicit bumorē solū. nō autem reliquas di spositiones indicantes aut prohibentes potum aque frigide.

Et icias ꝙ quando flebothomia iuuat: deinde veteris via mala: tunc nō purgabit̄.

¶ In hac parte probat vtrāqꝫ partē cañ. ꝓbatiōe tñ satis confusa. dicens. scias ꝙ quādo flebotho mia ꝯfert in febre: quia facta est scōm ꝙ oportet Deinde tu veteris via mala: scz ꝓtraria canoni no stro: vt puta: quia prohibebis aquā frigidā humo re existēte subtili nō crudo grosso: aut qr forte. da bis aquam frigidā humore existente crudo grosso corpus nō purgabit̄ a residuo qō remāsit post fle botbomiā. Nō eñ sequetur sudor vomitus aut se cessus qui solent sequi quando aqua frigida da tur scōm ꝙ oportet: et qui secuti fuissent: aut saltez aliquis eorū in primo casu: et sic salus secuta fuis set: et similiter in secūdo casu non sequetur: immo potius fieret bumoris incrudatio et fe. prolonga tio: quia aqua frigida exhibeb̄: vbi nō oportet: ⁊ sic canon probatus est quo advtrāqꝫ partē. Et ex boc canone cum probatione sua elicere possumus cō muniter ante exhibitionē aque frigide in magna quātitate debere precedere flebotbomiā: aut aliā eua cuationē. vt minorata materia et confortata natura per exhibitionem aque frigide extinguen tis cauma febrile natura fiat potens ad residuum expellendum.

Humoris autem colerici digestio est vt cōuersus a sua subtilitate fiat spissus et aq̄ quidem frigida facit illud.

¶ Hic probat primā partē canonis sic: aqua frigi da digerit bumorem colericū subtilē. ergo exhibē da est. tenet cōsequentia. et assumptū probab̄. quia humoris colerici subtilis digestio fit ꝓuertēdo ip sum a sua subtilitate ad spissitudinē siue grossitiē sed aqua frigida facit boc. ergo digerit ipsuz. hic tamē per fieri spissum nō intelligitur respectu me diocris: sed respectu eius quod primo erat. Est ta men digestio inxta prius determiata equatio sub tilis per ingrossationē ⁊ grossi per subtiliationē: ⁊ sic canō figillatim ⁊ coniūctim quo advtrāqꝫ partē probat⁹ est. Cōfert etiā aqua frigida nō solū dige rendo: sed etiam calorē febrilem extinguēdo.

frigida ps nul la offendit̄: ita pota quidez in febri offendit̄.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Misi sit stomachus aut epar debile: aut frigidum: aut sit in visceribus apostema: aut sit in visceribus dolor: aut sit complexio eius pauci sanguinis: aut caliditas eius innata debilis: quare debilitatur post potum aque frigide: aut si non sit consuetus potare aquam frigidā: sicut illi qui sunt de regione calida. Isti enim spasmantur velociter: et associatur eis singultus et extenuat⁹ est de hac summa.

¶ In hac parte narrat cōditiones. primo prohibētes potū aque frigide. scōo indicātes tolerantiam potus eius: scōa ibi (Ubi aūt materia calida.) in prima parte ponit octo ꝓditiones ꝓhibentes potum aque frigide. ¶ Prima est debilitas stomachi aut epatis per quorū debilitatem datur intelligi aliox membrox debilitas: sicut diafragmatis intestinorū et aliorū: expressit tamē stomachū et epar quia frequētius et facili⁹ potu aq̄ frigide ledi possunt. ¶ Secūdo notandū. q̄ licz hec cōditio possit verificari de quacūq̄ debilitate siue ex tēpore: siue ex generatiōe cōtracta siue naturali. i. cū qua homo ad intra latitudinē sue sanitatis propter malam cōplexionē malā cōpositionē solutam ꝓtinuitatem apostema et similia. hic tamē nec idem bis replicet intelligit de debilitate sequēte pororum superfluam largitatē raritatē texture: aut parum cōpactam membri substantiā dato q̄ nō esset ex villis contertū. Nō enim est omne membruz ex villis contextū sicut epar cerebrū et multa alia. et hec debilitas scōm aliquē istorū triū modorum pōt vnicuiq̄ mēbro inesse: et per eam fit debile in resistendo causis egris tam calidisquā frigidis. primo q̄ minus habet de qualitate per quā resistit. secūdo quia causa ledens facilius applicat penetrans in profundū eius. et de hac loq̄tur Aui. scōa primi doctrina secūda ca. de causis debilitatis mēbrorū: et causa partis nota est. nā bis membris existētibus debilibus per potū aque frigide superflue infrigidantur: et preter modū debilitātur: vt aliquando mors inde sequatur: vt narrat Galenus. vij. terapētice. cap. de cura male cōplexiōis vētris calidi. ficci immo dicit ibidē q̄ aliquando partes stomachi sunt differētes vna fortis altera debilis. quapropter ex potu aque frigide aliquādo ledūtur operationes frigidi stomachi vt puta digestio et retentio aliquādo oris eius et meri: vt puta deglutitio. ¶ Ultimo nota q̄ licet huiusmodi debilitas indicet nō dari aquā frigidā tamē aliquādo contingit q̄ alie conditiōes indicantes potum aque frigide sunt ita fortes q̄ medicus preeligit dare aquā frigidam existimās per ipius exhibitionē maiora nocumenta posse vitari. ¶ Secūda conditio est frigiditas stomachi aut epatis aut naturalis meritō cōplexiōis: aut etatis: siue preternaturalis cū materia aut sine materia. Et sic intelligēdū de friditate reliquox mēbroxq̄ sūt apta ledi p potū aq̄ fridenā p potū aq̄ fride augebit bonū mēbrox friditas et impedietur mēbri lesi operationes. Et vt dicit G. vij. terapētice loco statim allegato: cum aliquādo cōtingat vnam partē stomachi esse calidaz: vt puta fundū stomachi: et aliā frigidā vt puta meri ledetur vni⁹ partis operatio et nō alterius: et exemplificauit de boie quadragenario qui ex potu aq̄ frigide sanatus est a mala cōplexiōe calida vētris et stomachi et cessauit fitis: sed ꝓhibita est deglutitio: ita vt tandem moriuus sit. ¶ Tertia conditio

ꝓhibēs potū aque frigide est apostema in visceribus: imo qōcūq̄ apa intrinsecuz in cerebro mēbris spūalib⁹ mēbris naturalib⁹: sed maxie in his q̄ sūt apta magis ledi potu aq̄ frigide: sicut sunt stomachus epar intestina. Nā si apostema sit fridū certū est materiā eius magis infrigidari et incrudari: poros cōstringi. et oīno materie resolutionē ꝓhiberi doloremq̄ augeri. Sicr si fuerit mixtū ex calido et frigido. Si vo fuerit sanguineū etiā incrudat et ingrossatur et ꝓhibet materie ipius resudatio et dolor auget: quapropter nō ꝓuenit. Si vo fuerit colericum a colera pura cū multa flāma ex parte nocet potu aque frigide: q̄ pori opilātur et ꝓhibet materie resolutio et resudatio ex pte iuuat ꝓ extinctionem supflue caliditatis nec timet incrudatio que timet in alijs apostematib⁹ ꝓpter materie subtilitatem: et dolor ex parte sedatur remittēdo causaz doloris: q̄propter aliqñ cōcedit flāma existēte magna: et precipue ꝓsuetis potui aque frigide. Unde Gal. ix. terapētice. Merisipilas vo nullo alio sanabis auxilio q̄ cū aqua frida. et Aui. iij. quarti capi. de berisipila. Et ad vltimū infrigidatio in berisipila est magis necessaria: quoniā flāma et dolor in flāmatiuus est in ea plus. Et licz ibi loquat de berisipila extrinseca: tamē hec dicta accōmodant etiā berisipile extrinsece. ¶ Quarta cōclusio prohibens fridā aquā exhiberi est dolor in viscerib⁹. ¶ Pro cuius dicti verificatiōe sciendū q̄ dolor in visceribus: aut ꝓuenit ab apostemate: et statim supra determinatū est in quo casu ꝓuenit potus aq̄ fride et in quibus nō. Aut pendet a soluta continuitate absq̄ apostemate: et certū est nō ꝓuenire: q: friduz vlceribus mordax. quinta assortimox: aut ꝓuenit a mala ꝓplexiōe que si fuerit frida nō ꝓuenit pot⁹ aque frigide: q: augeret cām. Si vo esset mala cōplexio sicca licz ꝓuenīret: humectādo tñ multo magis noceret actuali fridate forti indurāte mēbrorū et spasmāte. Si vo esset mala complexio calida remissa: aut mediocris nō ꝓuenīret: q: nimis ꝓximaret in mēbrum qō est facile passibile propter dilatationē porox sequentē caliditatē: et ꝓpter debilitatez ex resolutione spirituū propter dolorē. Si vero esset mala cōplexio calida intensa valde conueniret. esset enim proportionatū infrigidās tanto gradu caloris: qō experiētia declarat in his qui ab igne aut aqua calida cōburuntur quorū dolor sedatur per aquam frigidissimā diu et sepius applicitam. Si vero dolor sequeretur ventositatē certum est nō conuenire. ¶ Quinta cōditio prohibēs potū aque fride est quādo cōplexio eius qui dz sumere est pauci sanguinis: sicut cōplexio flegmatica melācolica: et vniuersaliter cōplexio sicca superflue: aut qñ eēt pauci sanguis ex etate: sicut in decrepitis: aut qñ esset pauci sanguis ꝓpter longaz egritudinē: aut ꝓpter sanguinis euacuationē spōtaneā: aut a causis primitiuis. Rō aūt huius dicti est ista: q: calor bois non resistit remittētibus ipm infra gradū sibi conuenientē solū inquantū calor ꝛ inquantū ab aīa directus que aīa resistit per instrumenta sua que sunt sanguis et spiritus. Unde quātumcūq̄ corpus vnū colericū esset calidius certo sanguineo: aut tpato: tamē melius tēperatū toleraret: aut sanguineū ceteris paribus potum aque frigide: et magis resisteret fridis remittentib⁹ calorem suū infra gradū ꝓprium q̄ colericū: aut aliud corp⁹ pauci sanguis calidi⁹ tpato: aut sanguineo naturaliter aut ꝓternaturaliter ꝓpter causam dictam. Et scōa cā. quia licz illa sint intēsius calida quā corpus habēs notabilē sanguis quātitatem: tamen

De dolore viscerum.

Cause ꝓhibentes potū aque frigide multe.

tamẽ habẽt minus de mꝛitudine caliditatis quã potentia rei insequitẽ. Propterea Galenus septimo terapentice. loco allegato: in corpore ficce cõplexionis equalis caliditatis cum corpore habente notabilem quantitatẽ sanguinis minus concedit de aqua frigida. ¶ Sexta conditio prohibens aquã frigidaz est quãdo caliditas innata debẽtis sumere aquam frigidã est debilis: et ista conditio est cõmunior precedẽte: quia omnis cõplexio pauci sanguinis habet innatam caliditatẽ debilẽ: sed non ecõtra. Potest enim innata caliditas esse debilis ex defectu spirituũ: licet quãtitas sanguinis sufficiens non desit. Item ex malitia sanguinis: iz in quanto non peccaret. Item ex raritate totiꝰ corporis: aut substantie membrorum nobilium. Item propter modum mixtionis: aut occultam proprietatem vel celestem influxum. Et ista tria vltima nõ cognoscuntur a medico nisi per experientiaz: sicut infra dicetur in capitulo de cibatione febricitãtiũ de quibusdã corporibus carnosis que cito dissoluuntur ex teiunio. ⁊ patet veritas conditiõis: quia talis caliditas parũ resistit aque frigide. ¶ Septima conditio. est cum sint inconsueti potare aquã: sicut habitantes in regione calida. Isti enim per potum aque frigide spasmãtur velociter: ⁊ associatur eis singultus qui est spasmo ꝓportionabilis: licz nõ fit spasmꝰ: vt declarauit. ix. Almãsoris de intentione Auicẽne decimatertia tertij. ¶ Pro cuius conditionis declaratione notãdum vt potest elici ex dictis Galeni secũda particula afforismorũ: afforismo tlio. Ex multo tempore consueta. quod cõsuetudo mẽbri vel corporis respectu alicuius cause imprimẽtis duo facit. Primũ: quia minus alteratur a re consueta imprimẽte. Secunduz facilius et cum minori nocumẽto tolerat impressionez sibi factam. vnde consuetus potui aque frigide minus infrigidabitur quam insuetus. Et secũdo dato qõ equaliter infrigidetur minus propter illaz infrigidationem ledet. quapropter stomachus insuetus potui aque frigide spasmabitur ⁊ singultabit cum sit sibi propter insuetudinez valde horribilis. Unde Auicenna decimatertia. tertij. capitulo de dolore stomachi dicit. Et quandoq; prouenit ex potu aq̃ frigide dolor estuosus clamosus ⁊ qñq; moritur subito propter euentum doloris ad cor: qõ maxime de insuetis potui aque frigide intelligit. Et dicit Auic. hic. habitantes regiones calidas: sicut ethiopiã non potant aquas frigidas. qõ etiaz confirmat Gentilis ex relatu cuiusdam sui scholaris qui ibidem fuit referentis ꝙ si boies illius regionis potarent aquam frigidam putarent se debere spasmari: qõ potest esse: qz valde macri sunt ⁊ acuti sensus. Et credendum est ꝙ consueti potare aquã calidam si potarent aquam frigidam preter modum lederentur frigiditate aque subito penetrante ad intrinseca ob latitudinem pororũ ex potu aque calide precedenti. ¶ Ultima conditio: est corporis extenuatio et causa est manifesta. naz isti habẽt partes neruosas discoopertas que facile a frigiditate aque percutiuntur: et cum hoc habent paruz de carne: ⁊ consequenter parum de multitudine caloris. Sunt enim acuti sensus quapropter facile multum et velociter ex potu aque frigide leduntur. ¶ Sz hic nota. ꝙ licet; sint multe alie cause prohibentes potum aque frigide: iste tamen sunt principaliores: quibus reliqui dantur intelligi.

Galen⁹. ij. afforismorum.

¶ Vbi autẽ materia calida aut grossa iam digesta est: et corpus est carnosum et caliditas innata exuberans: et virtus est fortis et viscera sana non frigida eorum complexio radicalis non insueta aque frigide: immo assueta aque frigide valde: hãc aqua frigida est melioz res.

¶ Dic primo narrat octo ꝓditiões indicantes aut consentientes potui aque frigide. Scõo narrat effectus bonos ꝓsequẽtes aque frigide potũ cũ bis ꝓditiõibus. scõa ibi. (Multotiẽs adiuuat). Pria cõditio ꝙ materia sit calida subtilis siue digesta siue nõ digesta. Scõa ꝙ materia sit grossa digesta ꝫ calida: q: materia existẽte frigida nõ ꝓuenit aq̃ frigida: etiã si esset digesta. Tertia ꝓditio qõ corpꝰ sit carnosum. Quarta ꝙ caliditas naturalis sit exuberans: idest multa. Quinta ꝙ virtus sit fortis qõ intelligitur de triplici virtute. Sexta ꝙ viscera sint sana: idest nõ doloroza neq; apostemosa nõ habẽtia solutionẽ cõtinui: neq; opilationẽ fortẽ. Septima ꝙ cõplexio viscerum radicalis nõ sit frigida. Octaua ꝙ potãs eam sit valde cõsuetus aque frigide. cum bis enim conditiõibus in febre aqua frigida est melioz res. ¶ Circa primã cõditionẽ nota ꝙ materia existente calida subtili etiã nonꝰ digesta aqua frigida cõuenit: quia iuuat ad eius digestionem: sed multo magis cõuenit ipsa existente calida subtili digesta. ¶ Circa secũdam cõditionẽ nota ꝙ si materia sit calida grossa nõ digesta nõ conuenit aqua frigida: ꝙ si materia sit calida grossa ⁊ digesta ꝓuenit. virtus eiꝰ fortificata per extinctionem sui cõtrarij ipsam expellit si ipsam inuenit digestam. ¶ Et si quera k̃ cuiusmodi est ista materia grossa. Dic k̃ ꝙ põt eẽ cholera grossa: ⁊ põt eẽ sanguis grossus: ⁊ in cuiꝰ febre expecta k̃ digõ. ¶ Ex q̃ bus infer k̃ in mã frida nullo pacto cõuenire aquã frigidã ante digõnẽ: neq; post digõnem. Autores nãq; non cõcedunt aquã frigidaz nisi in febribus in quibus est fortis flãma que non est in febribus pendentibus a materia frigida. esto etiam ꝙ esset cordi propinqua. Putandũ tamẽ ꝙ si materia eẽt mixta et cõplete digesta: ⁊ febris esset fortis cõpetere aquam frigidã nisi alie cõditiones obstarent Et iste due ꝓditiones indicant potum aque frigide: relique autem sex conditiões nõ indicant dari aquã frigidã: sed bene consentiunt. non eiꝰ exẽpli gratia. si corpus sit carnosuz indicat ꝙ detur aqua frigida: sed bene consentit: ꝫ cauma febrile indicat dari aquam frigidã. sic dico de alijs quinq; cõditionibus. ¶ Notandũ circa tertiã conditionẽ qõ per corpus carnosum intelligit quodcũq; corpus existens medie habitudinis. aut parum lapsum a media habitudine versus maciem dicet k̃ carnosuz. ¶ Notandum circa quartam cõditionem ꝙ per caliditatem innatã exuberantẽ intelligimus corpus habens multum de sanguine ⁊ spiritu: quibus potest resistere causis infrigidantibus. Et hec conditio opponitur duabus causis suprascriptis prohibentibus potum aque frigide: scilicet complexioni pauci sanguinis et caliditati innate debili. ¶ Notandum circa quintã conditionez quod per virtutem fortem intelligimus qõ virtus animalis vitalis ⁊ naturalis sit fortis. Et sic oportet tria mẽbra principalia eẽ fortia: scilicet cerebrũ cor ⁊ epar et etiam membra bis seruientia. vnde oportet qõ sint bene spirituosa et substãtie bene compacte. et quod habeant bonum modũ mixtionis cum bona proprietate et bonitate aspectus. ¶ Notandũ circa septimã conditionẽ quod cõplexio radicalis. i. membrorum principaliũ: et sibi deseruentiũ non dz

Octo ꝓditiões indicãtes rectã exhibitionẽ aq̃ frigide.

Quid per corpus carnosum intelligat.

esse frigida:quia facile offēd:ē a frigiditate aque. de consuetudine aūt que est octaua conditio sufficienter dictus sit. ¶ Notandū vltimo q̄ ad dandū aquā frigidā in quantitate notabili vt dicetur debent iste octo conditiōes cōuenire:aut saltem plures earum et principaliores que sint fortiores ad indicandū aut consentiendū potui aque fride quā oppositeadprohibendum.

¶ Quotiens ergo adiuuat ad expellendū materiam cum solutione nature:aut per vomitum:aut vrinā:aut per sudorē aut p omnia illa quare fit statim vt sanetur.

¶ Dicponit vtilitatē sequentē ex potu aque frigide date cum his conditiōibus:dicēs q̄ multotiēs potus aque frigide adiuuat naturā ad expellendū materiā facientē febrē cum solutione ventris. aliquando per vomitū:aliquādo per vrinā:aliquādo per sudorē:aliquādo per omnes basregiones:aut plures earū.quare fit vt materia facientefebrē expulsa statim sanetur. ¶ Et ex hoc possumus p̄cludere quod aqua frigida exhibita cum conditionibus suprascriptis est melior res patienti febrem: quia illa res est melior res febrienti: per quam fit vt statim sanetur.se dqua frigida exhibita cū his conditionib⁹ est butusmodi:quare ⁊c. ¶ Notandū primo q̄ auicenna dixit multotiens:⁊ non semper propter particulares conditiōes medico ignotas prohibentes materie expulsionem:aut quia si tota expellatur forte derelinquet aliquod notabile nocumentum ex aqua frigida:sicut in quadragenario fuit qui factus fuit impotēs ad deglutiendū post potum aque frigide.de quo Galenus facit mētionem septimo terapētice.quāuis mala complexio fundi stomachi:et calor febrilis cessauerit. ¶ Notandum secūdo q̄ cā expulsionis materie post potū aque frigide est:q̄ fortificat p tēperiē cōplexionis q̄ est instrumentū eius que cōplexio tēperat p extinctionē superflue caliditatis. ¶ Notandū tertio q̄ humores qui per bas regiones expelluntur sunt humores cuiuscunq̄ generis.De flegmate colera ⁊ melancolia est certum q̄ multotiēs per bas regiones extrahunt:sed de sanguine etiā est verū: ⁊ rariusp̄tingat. ¶ Pro quo sciendū est q̄ sanguis aliq̄n in sinocbis corrūpit i hos hūores p̄cipue in colerā ⁊ melācoliā:que deinde p bas regiones expelluntur:aliquādo vero sanguis per basregiōes sub propria forma expellitur. Nam q̄ per fluxum sanguinis expellat. patet decimoquarto.tertij.capitulo de humiditatibus quibus accidit vt egrediantur causa epatis . Et per vomitum apparet. xiij.tertij.cap̄.de vomitu sanguinis. immo ibidem dicit Auicenna q̄ in vomitu duarū librarū sanguinis aliquando est sanitas.Et q̄ per vrinam apparet.xviij.tertij. Sed q̄ per sudorē assirmat Arist.xiij de partibus aialiū.Sanguis tamē vtiliter cōmuniter euacuat per bas regiones:scz per nares venas emorroydales et mēstruales. ¶ Vltio nota de intentiōe Galeni nono terapētice.naturā per potum aque frigide nō soluz iuuari in expellendo disconueniens:sed etiam in attrabēdo conueniens ⁊ separando ab inconuenienti:ita vt sequat mali expulsio et boni nutrimenti ad mēbra attractio.Dicit enim sic.Natura enim solidā animalis particulam roborata humoribus qui sunt p̄subtiliati apponit:vt quicunq̄ et nutrire sufficientes bos quidem attrabit ad eas:inutiles vero abijcit: aut per cutim:aut per ventrem.

¶ Et quādoq̄ dat in potu medic⁹ de aqua



frigida infirmo quātitatem plurimā adeo donec color eius fiat viridis: et tremat que sit saltem perueniens vsq̄ ad minam vnam et dimidiam:et fortasse conuertitur febris ad flegmaticam:et fortasse confortatur natura et expellit materiam cum sudore ⁊ vrina et fluxu ventris:et est sanitas.

Quantitas aq̄ frigide.

¶ In ista parte superius diuisa Auic.narrat quantitatem quā dat aliquādo medicus de aqua frigida et ipsius effectus dicens:qō quandoq̄ dat medicus febrienti quātitatem plurimā adeo donec color eius fiat viridis et donec eger tremat:que quātitas aque est quandoq̄ ꝓueniens vsq̄ ad minam vnam et mediā.Et deinde ponens effectus quisequuntur dicit q̄ fortasse febris conuertitur ad flegmaticam:⁊ hoc est minus malū quā q̄ eger arefactus moriatur.Et fortasse:idest aliquando natura confortat et expellit materiā cum sudore vrina et fluxu ventris et fit sanitas. ¶ Notandū primo circa partem presentē q̄ quātitas aque exhibēde huiusmodi febrientib⁹ nō est per autores limitata.verum quando adsunt omnes vel plures conditiōes indicātes potum aque frigide et pauce obstent. secundū Galenū nono terapentice.ca.superius allegato.deberet eger bibere de aqua frida quantum appetit.Estimat enim appetitū suuz incensum secundū exigētiā caliditatis ⁊ siccitatis febrilis corrumpende.Auic.vero concedit aquā frigidā quousq̄ color egri efficit viridis.idest liuidus siue pallidus.Et quousq̄ ipse eger tremat.i.rigeat. pallescit nanq̄ calore naturali minorato aut interi⁹ fugato.Riget aūt nocito stomacho ⁊ membris sensibilibus a superflua frigiditate cuius nocumentū ipsa mēbra nituntur per motum illū concussiuū a se excutere.Dicit enim Auicen.q̄ exhibendū est de aqua tm̄ q̄ fit saltē perueniens ad eminā vnam et semis.nō limitās tamē determinatā quantitatez Emina diuersificatur scōm diuersos autores.nam secundū Isidorū est lib.ſ.Emina scōm Auic. ⁊ Johannē serapionis est ponderis.11530.granatorum ordei:et ipsa est sextaria.40.sextarij aūt est vigesima pars lib.vnde facta bona cōputatione emina est pondus duarum librarū scōm hos autores:sed emina romana est.20.ʒ.italica xxo ⁊ egyptiaca est. xvſ.⁊ ita cōcludēdo hoc pondus positū ab Auicē. hic scz emina vna et semis est apud Isidorū. 18.ʒ. et hec est pauca quātitas et minor debito quando adsunt conditiōes oēs indicantes potū aque frigide.Scz apud Auic.⁊ Johā.serapiōis. emina vna et media est tres libre:⁊ est pondus cōueniēs obtinens extremū maius pōderis aque que debet exhiberi:sed emina vna ⁊ media egyptiaca est.24.ʒ.et est extremū minus ponderis aque que debet exhiberi omnibus cōditionibus indicantibus potum aque frigide.Emina autē romana que est.20.ʒ. est mediū per equedistantiā inter basextremas quātitates que conuenienter possunt exhiberi:⁊ hoc pōdus.30.ʒ.est conueniens dictis Gal. qui precipit dari de aqua quantū appetunt bibere. ¶ Ego em̄ cum sepe dederim aquā frigidā febrientibus valde sitientibus quantū poterāt bibere nūq̄ inueni aliquem qui posset bibere vltra.36.ʒ.sed secundum plurimum biberūt circa.30.ʒ.⁊ cum hac quantitate accidebat sibi rigor et pallor: iuxta sententiam Auicen. ¶ Quod si querat aliquis quando nō sunt omnes conditiones indicantes potum aque frigide:sunt tamen tot: et ita potentes quod medicus

Galenus de aqua frida.

Consilium actoris.

indicat

indicat dandam eis aquā frigidā. Alique tamen obstant et satis potentes quantū est dandū de aq̄ frigida. Respōdetur q̄ hoc nō potest certe limitari:sed standū est in discretiōe medici presentis qui sit doctus in vniuersalibus et expertus in particularibus. Certum est enim minus esse dandum quā quando omnes conditiones indicant danduz esse aquam frigidam.

Sed circa secundā partē huius dicti dubitatur quō febres in quib⁹ exhibet aqua frigida possunt conuerti in flegmaticas. Nam iste febres sunt sanguinee aut colerice. Constat autē q̄ neq̄ sanguis neq̄ colera pōt in flegma conuerti per infrigidationem:q: coctū nō pōt incrudari quarto methaurorum:et transiēs terminū decoctiōis non pōt ad terminū redire. tertio colliget. ¶ Preterea nunq̄ visum est per infrigidantia exterius aut interius applicita sanguinem in flegma conuerti:nam quantumcunq̄ sanguinis infrigidetur aut congeletur. nunq̄ tamen accquirit albedinē. Melius est itaq̄ dicere quod in massa sanguinea est flegma. cuius complexio per minus infrigidantia corrumpitur et existens in loco conclusum corruptum et non rectum a calore naturali tandem putrefit:et facit flegmaticam. Sanguis autem inflammatus per infrigidationem illam reducitur ad benignum et desinit febris ab illo pendens. et si fuerit colera illa expellitur natura vigorata per corruptionem sui contrarij:aut ad benignū reducit. ¶ Vel aliter dicitur: q̄ sanguis ingrossatus et quodammodo congelatus: licet non induat formam flegmatis tamen mouetur motu flegmatis: scilicet quotidie non propter proprietatem:sed propter dispositiones manifestas ad quod adiuuat. quia multuz flegmatis permixtum cum sanguine illo facit vt sanguis motu flegmatis moueatur quod flegma putrefit cum antea non putreret. ¶ Quomodo autez natura confortata per corruptionem sui contrarij expellat materiam febris tam colericam quam alterius generis sudore vrina et fluxu ventris statim dictum est superius. Et etiam si constaret medico quod natura non posset expellere materiam modis dictis:immo potius per potum aque frigide conuerteretur in flegmaticam medicus potius illud eligeret quam egrum arefieri z marasmari: vt statim patebit de intentione Auicenne.

¶ Et quandoq̄ iterum sunt quedam prohibentia deinde timetur malitia caliditatis et sitis:et estimas quod peruenitur per eam ad ariditatem vel extenuationem non prohibeas aquam frigidam. nam additio apostematis et cruditatis eius melior est quam extenuatio.

Documenta aque frigide.

¶ In hac parte superius diuisa Auicenna ostēdit quid medicus agere debeat indicationibus de exhibendo aquam frigidam existentibus contrarijs Dicitur ergo quod quando sunt quedam prohibētia potum aque frigide:vt verbi gratia. apostema intrinsecum et similia. Ex alia parte timetur malitia caliditatis: et sitis: et quod peruenitur per eam ad extenuationem vel ariditatē non est prohibenda aqua frigida. Nam augmentum apostematis et cruditas eius est minus malum quam ariditas et consumptio eius. Et sic econtra indicationibus contrarijs existentibus fortioribus contrarium indica:scilicet quando magis timeres cruditatem apostematis quam ariditatem et consumptionem:et tu simile intellige de quibusdam conditionibus cōtrarijs. nam hec cōmittenda sunt iuditio medici qui sit doctus in vniuersalibus et expertus in particularibus. horum enim certa doctrina dari non potest. In his tamen cōtrarijs indicationibus cōmonemur vt alterum duorum faciamus:aut quod demus aliquid loco aque frigide:quod conferat in omni dispositione: et non noceat saltem nocumento notabili: sicut sirupus acetosus:aut aqua ordei. Aut si eligamus dare aquaz frigidam demus in pauciori quantitate quam quādo omnes:aut plurime cōsentiunt exhibitioni ipsius.

¶ Et sirupus quidem acetosus: quādoq̄ etiam sedat sitim et incidit et soluit:et nocumentum ipsius apostemati nō est plurimū: sicut nocumentum aque:et non est ei vis aggregandi materiam et inspissandi eam: et similiter iuleb plurime cōmixtionis. De sirupo acetoso.

¶ In hac parte superius diuisa dicit Auicenna q̄ō sirupus acetosus quādoq̄ sedat sitim:scilicet quādo non est valde vehemens causa incidit et soluit:et nocumentū ipsius apostemati non est plurimum:sicut nocumentuz aque. Et pro quia non est eius vis aggregandi materiā et inspissandi eam. et similiter iuleb plurime cōmixtionis quod componitur ex aqua et zuccaro. Habet enim virtutem abstersiuam per zuccaruz:sed aqua in magna quātitate debet esse zuccaro permixta vt notabiliter infrigidet. hi autem potus debent dari actu frigidi aut non frigidi secundū exigentiam indicationum contrariarū. quapropter consulo indicationibus existentibus contrarijs et satis fortibus vt potius des aquam zuccharataz aut ordei:aut sirupum acetosum plurime aque permixtum.

¶ Et cum non licet non bibat aquam frigidam et sit audax super eam:timeē quod non faciat accidere constrictionem porozū qnare sit causa febris alterius cum euentu opilationis alterius: et fortasse erit vehementior prima. Et quādo obuiat membro debili corrumpit operationem eius et multotiens facit deglutionem difficilem:et facit difficultatem anhelitus:et facit accidere tremorem et spasmum et debilitatem vesice aut renis aut colon. Et ille quem oportet plurimum ex eis prohibere a potu aque frigide est cui nocet in sanitate sua.

Documenta aque frigide.

¶ In hac parte ostendit que nocumēta sequantur quando exhibetur aqua frigida cōditionibus omnibus:aut pluribus oppositum indicantibus. Et dicit quod cum non licet vt bibat aquam frigidā: et exhibetur timetur quod faciat constrictionē porozum et opilationem meatuum ad quam sequatur febris alia noua facta opilatione: que febris fortasse erit vehementior prima. Et secundo dicit quod quando aqua frigida obuiat membro debili corrumpit operationes eius:et exemplificat dicens quod multotiens impedit deglutionem no-

cendo mersi:et facit difficultatem anhelitus nocẽ/ do diafragmati:et facit accidere tremorez ⁊ spas/ mum nocendo neruis:et debilitatem vesice:renis: aut colon:idest intestinorũ nocendo eis:quare ali quando retinetur vrina ⁊ fit colica aliquando. Ul timo dicit ille plurimum prohibendus est a potu aque frigide cui nocet in sanitate sua. ¶ Notandũ circa secundũ dictũ quod aqua frigida potata no cet bis mẽbris extinguendo calorem tam innatuz quã influentem:vnde fiunt ipotentia ad suas ope rationes:er quandoqz propter superfluã frigidita tem si fuerit aliqõ borum mẽbrorum valde sensibi le:sicut stomachus:aut intestina accidit dolor for tis:quãdoqz ducẽs ad mortẽ: sicut dicit Auicenna rij.tertij.capitulo de dolore stomachi loquẽs de dolore sequente potum aque frigide: et quandoqz moritur subito propter euẽtum doloris ad cor.ma xime autem patiũtur quando sunt inconsueti po/ tui aque frigide.vt narrat Galenus in libello de ỽtute ꝓsuetudinis de quodã summo ꝓpatbetico vocato Aristotele q̃ ex potu aq̃ frigide mortu⁹ est.

Dubitatur. Utrum in febribus bumora libus:in quibus non est bu/

Dubiũ notan/ dum de aqua frigida.

mor crudus grossus competat aqua frigida. Ne/ gatiua arguitur ex Auicenna decima tertia.tertij. qui in capitulo de anxietate stomaticha ꝓbibet aquam frigidam dicens:quod non oportet vt bi/ batur in febre nisi aqua calida duabus ex causis: prima quia multotiens addit in febrem:vt ibidem dicit.secunda: quia facit bumorem magis imbibi et sic addit in anxietatẽ stomaticam. ¶ Secundo aque nullus est vsus.nisi quia in acutis bibit mor bis:vt est a pud bypocratẽ tertio regiminis acuto rum .textu commenti quadragesi.octa. sed mul/ te sunt febres bumorales nõ acute nõ pendentes ab bumore crudo grosso:vt puta flegmatice pen/ dentes a flegmate aquoso.ergo ⁊c. ¶ Tertio eodẽ textu commenti quadragesi. octa. Aqua in co/ lericis:et in quibus colera dominatur sub diafra/ mate mutatur in colerã:ergo in talibus nõ conue/ nit:multi autem sunt tales. ¶ Quarto eodez textu in febricẽtibus babentibus colerã aqua frigida nõ sedat sitim:immo potius incitat:ergo nõ cõuenit. ¶ Quinto eodem textu corpibus inanitis potus aque frigide non conuenit:sed febrientes sunt ina niti. ¶ Sexto eodẽ textu dicit.et nõ; inuenim⁹ aquã sedare sitim:⁊ cã ẽ lõgitudo sue more i stomacho: et intestinis:aut submergitur aqua in ꝓfundo cor/ poris:nec rorẽ tribuit:nec bumectati ariditatẽ ei⁹. ¶ Septio in nulla egritudine dz aqua administra ri sola in aliqua bora.cuius oppositũ sentit Auic. ergo. assumptũ est Ga.eodẽ cõmẽto dicẽtis:ꝙ iste quidẽ sunt cause q̃ ꝓuocauerũt bypocratẽ ad vten dum aqua ordei secanlabim et vino in infirmis et dimittere vti aqua ꝑm ergo bas res nõ opz vt ad/ ministretur aqua sola in infirmitatibus in aliqua borarũ. ¶ Ultimo in pestilẽtialibus apud Auicẽ. prima quarti.ca. ꝓprio. Aqua plurima subito est iuuatiua.pauca autem frequẽter exhibita fortasse excitat caliditatẽ. Cuius nulla põt esse causa:nisi qz aq̃ nõ est proportionatũ infrigidãs nisi subito detur in magna copia. Cũ g̃ sint multe febres acute,calidiores:aut eque calide sicut pestilẽtiales: se quitur ꝙ in oib⁹ bis nõ est exhibẽda aqua frigida nisi subito detur in magna quãtitate. Et consequẽ ter sequitur:ꝙ necz firupi:necz aqua ordei:necz si/ miles potus infrigidãtes sunt exhibendi nisi den tur in magna copia.s.a.30.ẽ.aut circa.cuius oppo

situm faciunt practicantes exhibentes firupos et similes potus quattuor aut quincz.ẽ.ꝛc. ¶ Hn op/ positum est hic Auiccen.et Gal.nono ⁊ decimo te/ rapentice.⁊ Rasis .x. Almãsoris ⁊ in diuisionibus et.xvj.continẽtis.⁊ Auerrois.vij. colliget.⁊ Hypo crates tertio regiminis acutorum.

Pro decisione dubij notandũ pri mo qõ aqua de qua in canone fit mẽtio est aqua naturalis qua cõmuniter vtimur in potu ⁊ ad decoquendum res que,ad vsum humanum ordinantur que aqua se/ cunda primi. doctrina secunda. capitulo decimo/ quinto debet babere omnes aut plures ex decem et octo conditionibus que gratia breuitatis bis versibus perstringuntur.

Decẽ ⁊ octo cõ ditiones bone aque.

Fons casus fundus cursus ab origine distans.
Subtilis non tecta leuis passibilis apte.
Multa et clara parum vini toleransqz saporẽ.
Sit et odore carens linquens bypocũdria presto.
Non rebus confecta malis residentia paruo
Tempore descendit coctum dissoluitur ipsa.

Quamprimum decem et octo modis cognosci/ tur vnda.

¶ Nam vt est apud Galenũ tertio regiminis acu/ torum commento quadragesimo quarto allegato vbi dicit. Aque nullũ vsum inueni nisi quia in acu/ tis bibitur morbis.debet intelligi de aqua bona nõ babente aliquez defectũ. Et ibi generalizat ꝙ sermo medicorũ laudantiuz aut vituperantiũ rem aliquã intelligitur in meliorib⁹ cuiuscunqz rerum quas experiuntur.et hoc idem ait Auicenna secun do canone capitulo secundo. ¶ Notandũ secundo quod questio nostra querit de aqua huiusmodi da ta in multa aut parua quantitate sola:aut cũ alijs potibus cõmixta. Non enim semper pura nec sem per in equali quantitate exhibẽda est:sed eius quã titas varianda est secũdum diuersitatez quantita tis caloris:et secũdum consuetudinem:necnõ reli/ quas egri conditiones indicantes:aut prohiben/ tes potum eius:quarũ alique sunt dispositiones naturales.alique nõ naturales: alique preter na/ turam:de quibus Auicenna in textu. ¶ Primo ta/ men videbitur qualis debeat esse vsus ipius pu/ re:et in multa quãtitate exhibite. Secũdo qualis debeat esse vsus in pauca quantitate exhibite: et cum alijs rebus cõmixte. ¶ Tertio notãdum quod aqua de qua supra quãdo est actu frigida: est infri gidatiua et bumectatiua. Est enim talis in actu re spectu corporis humani.immo etiam actu calida sumpta aut exterius applicita est apta infrigida/ re et bumectare.retẽta emi in corpore reducit se ad suam frigiditatem naturalẽ per quam infrigidat. Et aliquando infrigidat superflue bumectando. que omnia colliguntur ex Auicẽna secunda primi doctrina secunda.capitulo decimonono. Nec pro huiusmodi effectu causando est necessarium vt re/ ducatur a calore nostro sicut relique medicine fri/ gide que dicuntur tales i potẽtia. Non emi babet complexionem que sit virtualiter talis:sicut ille. ¶ Preterea.quantũcunqz aqua sit summe frigida. tamẽ propter quancunqz leuem ebullitionẽ:aut in/ fusionẽ in ea rerum calidarum efficitur calida vir/ tualiter. Et quia aqua dicta est infrigidatiua ⁊ bu mectatiua.ideo est sedatiua sitis:⁊ suo cursu est ab lutiua.magis tñ abluit calida ꝙ frida:⁊ qz siplex est:non est nutritiua:nec in aliquẽ bumorem cõuer tibilis:qua ꝓpter nõ sedat sitim:quia restauret bu midum roridũ:sed solũ infrigidãdo⁊ bumectãdo

¶ Notandũ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Notandum quarto vt patet ex dictis in textu:q̄ ficut ex aqua cōuenienter exhibita:sequitur extinctio caloris febrilis:et,aliquādo subito salus materia febris euacuata vomitu secessu prouocatione vrine:aut sudoris aut saltem conuersio ad flegmaticam facilius tolerabilem.ita ex aqua inconuenienter exhibita sequitur aliquando mors aut destructio operationis alicuius membri nobilis: quapropter in eius vsu oportet medicum omnes conditiones indicātes potum aque frigide ⁊ prohibentes maturo iudicio equilibrare ne cōtingat error.

**His ita notatis** fit hec prima conclusio.licet nec in febribus pendētibus ab humore frigido neq̄ ab humore calido grosso cōpetat potus aque frigide.i febribus tamen pendentibus ab humore calido grosso digesto aut ab humore calido subtili siue digesto siue crudo ꝓpetit potus aque frigide. hec cōclusio ex textu elicitur. ¶ Scōa conclusio.febres in q̄bus cōpetit potus aque frigide sunt causon tam colerica quā flegmatica salsa.tertiana pura tam cōtinua q̄ interpolata. febris sanguinea putrida.febres pestilentiales . Item febres sequentes berisipilas intrinsecas . et quedā immateriales ficut multe effimere et ethice.s.prime aut scōe specie:non autē tertie. Ista conclusio partim seq̄tur ex conclusione precedenti.patim est manifesta ex dictis auctoꝝ in particularibus capitulis. Qō em̄ conueniat in febribus sequētibus berisipilas intrinsecas de quo est magis dubium fuit ostensum circa textum de intētione Galen octauo terapentice. ¶ Tertia cōclusio.licet potus aque frigide ꝓpetat in quolibet tēpore paroxismi aut exacerbatiōis febrium periodicarū de q̄bus supra et etiā tēpore quietis.securius tamē cōceditur in statu et declinatione:deinde in augmento:deinde in principio. Ista conclusio quātū ad primā partem satis nota est ex sepe dictis quantum ad augmentū statum et declinationē :sed q̄ aliquādo cōueniat in p̄ncipio de quo est magis dubiū p̄z ex sentētia Gal'.x.terapentice.qui cū cibaret patientem tertianā interpolatā parū ante paroxismum de cuius syncopi timebat dedit in potu quandoq̄ duos:quādoq̄ tres pugillos aque sincere frigide fontis.per cuius auctoritatē admonemur in principio febrium syncopalium minutarum potuꝫ aq̄ frigide competere . Quātum vero ad secundā partem probatur.est em̄ magis apta nocere in principio q̄ in augmēto:quia in principio est magis apta suffocare calorem : prohibere sparsionē materie q̄ in alijs tēporibus: cū tunc calor min⁹ possit ei resistere et humor sit minus subtiliabilis et resolubilis. Et ex simili fundamēto ē magis apta nocere in augmento q̄ in statu . ¶ Sed vbi conuenientius possit exhiberi in statu an in declinatione est dubium:quia in statu plures sunt humores et vapores quorū resolutio est apta per potuꝫ aq̄ frigide impediri q̄ in declinatione.Sed ex alia parte in declinatione est magis apta nocere cum calor in declinatione sit minus resistēs sue extinctioni q̄ in statu . et per ꝑns mēbra et spūsi sunt apta magis ledi per superfluā infrigidationē . In statu etiā videtur magis necessaria caumatis febrilis extinctio. Oportet itaq̄ medicū omnia equilibrare et certe magis consonū est mentibus auctorum vt detur tempore maioris flāme. Unde Auic. in cap.de cura febris sanguinee. Et melior hora rum ad hoc est hora vehemētie ebulitionis ⁊ angustie et inflāmationis et frequentie pulsus cor dis . Conuenientius itaq̄ tēpus exhibitiōis aque frigide est status vl'is quo ad accidentia.cum quo fi:coniungatur status quo ad digestionē tanto est melius.⁊ similiter status particularis verūtamen existēte materia subtili calida non est ita necessarium expectare digestionē ficut in grossa.p̄mittēdum tn̄ est in oibus ventris lenitio et flebotbomia si fuerit oportuna.⁊ etiā euacuatio aliq̄ materie ꝑpte si fuerit valde supflua. Dicit nāq̄ Auic. in cap.de cura feb.sanguinee. Et scias q̄ esse contentus infrigidatione et dimittere flebotbomiaꝫ et solutionē ventris addidit in opilationē et coartationem.quare additur putredo in reliqua dispositione. ¶ Quarta cōclusio.aqua frigida multa subito exhibita aliquādo est ꝓuenies. et si pauca daretur noceret . Ista cōclusio quātū ad vtrāq̄ partē est de intētione Auicēne in cap . de febre pestilentiali vbi ad litteraꝫ inquit.Et aqua frigida plurima subito est iuuatiua valde . pauca autem consequēter exhibita fortasse excitat caliditatez. De causone autem idē sentit Rasis.x.Almāsoris q̄ multa aque frigide quātitas infrigidata in nisi ue dari debet tēpore vehemētie caloris.Sed quātum ad primā partē patet de intentione fere oīm auctorum in febrib⁹ in censiuis sicut in causone finocba tertiana febre pestilentiali . Sed q̄ pauca quātitas exhibita in bis febribus incensiuis aliquando noceret vt patet supra ex Auicēna in cura febris pestilentialis. ¶ Item de intentione bypocratis in tertio regiminis acutorū.s. in illis in q̄bus colera sub diafragmate dominatur cuius similе debemus arguere in alijs febribus valde incēsiuis . Causa em̄ excitationis caliditatis a pauca aqua est:quia nō est proportionatū infrigidās vnde pauca multū inflāmatur postea inflāmata et in vapores conuersa calefit:sicut si solū stupbe aspgatur pauca aq̄ frigida cōuertitur in vapores calidos qui magis stupbā calefactūt. Si aūt p̄iciatur in stupbā magna quātitas infrigidat vehemēter:et nō potest calitas stupbe aquā in vapores conuertere. ¶ Si aūt q̄rat̄ in qua istarū maior quātitas et tuti⁹ aqua cōcedit̄. Respōdet̄ q̄ tuti⁹ et maior quātitas quātū est merito febris ⁊ cause ei⁹ concedit̄ in febrib⁹ maioris flāme et q̄ pendēt ab būore magis subtili:sed quātū ē merito alia⁊ dispositionū vel conditionū pōt patere ex supra scriptis circa textū. Et ex bis ifertur q̄ vbi nō adsint conditiōes ꝓbibētes potū aque maior quātitas debet exhiberi in cōtinua q̄ in interpolata.vbi aūt contradiceret in vtraq̄ cruditas humorū magis periculum esset exhibere in continua q̄ in interpolata:eo q̄ humorū incrudatio est periculosior in continua q̄ in interpolata.

**Utrum autem** in pregnāte existentib⁹ oibus aut plurib⁹ cōditionib⁹ indicātib⁹ et cōsentientibus potui aq̄ frigide debeat exhiberi est mihi dubiū.cū exvna parte nisi detur timeat̄ mors vtriusq̄.ex alia parte si detur fortasse extinguet calorem naturalem fetus q̄ minus potest resistere frigiditati aque.et sic fetus et forte tandem mater interimetur . ¶ Huius dubij a nullo vidi determinationem: sed magis credo aquam frigidam multam non esse exhibendā: tum quia in rebus dubijs melius est omittere q̄ committere : tum quia est remedium multum notatum.vnde si res transiret in finistrum nō payca

De potu aque frigide in pregnante.

medico sequeretur infamia. Et tertio quia cū aq̄ ordei zuccharata sirupo acetoso ⁊ similibus potē tibus iuuare et parū nocere possumus sibi succur rere.licet forte nō sint tante efficacie ad extinguē/ dum calorem febrilem. Et quarto.quia locus ab auctoritate negatiue valet in medicina.Et ex bis tibi cōsulo non solum in boc casu:sed in ceteris:in quibus alique notabiles conditiones obstent po tui aque frigide vt potius abstineas ꝓpter ratio/ nes suprascriptas.Et quia nō video cur aqua or/ dei et similes potus notabiliter infrigidati non possint eque bene extinguere cauma febrile si den tur in notabili quātitate ficut aqua frigida:cū illi sint frigidi actu et potētia.aqua vero sit solū actu frigida.et sic determinatum sit qualis debeat esse ipsius vsus in multa quātitate. et non alijs poti/ bus cōmixte.

Cōditiōes ob/ seruāde in exbi bitiōe aque frigide.

**Hunc vero** determinandū est qualis de beat esse vsus eius in parua quātitate.et alijs rebus cōmixte ficut quando ad fitis extinctionem aliq̄d aque cōcedit aut quando aliquid eiꝰ ꝑmiscet cū sirupo aliquo aut electua/ rio vino granatoꝝ aceto et similibus. Et sicut qñ aliq̄d ipsius boꝛa cibi cum vino permiscet aut qñ secuꝫ aliq̄d zuccbari ꝑmiscet. ¶ Pro buius decla ratione considerande sunt duo. Primo qualis sit feb.in qua exbibetur.sc̄o cōsiderande sunt cōdi/ tiones indicātes et probibētes potū aque.Si er/ go febris fuerit incensiua multū ficut causon aut aliqua pestilentialis intensi caloris.tūc in bis nō est exbibenda pauca aqua frigida. timemus enim maiorem ebulitionē ficut dictum est de intētione Auicē.in cap.de cura pestilentialis.et de inten/ tione Gal.tertio regiminis acutoꝝ de babētibus coleram multā sub diafragmate: in quibus aqua addit inflāmationeꝫ. Et ficut:in illis febribus in quibus succus angurie cōuertitur in colerā. q̄nto colliget.cap.penultimo.in bis non est danda aq̄ frigida in pauca quātitate:sed i multa. ¶ Sed di/ ceres pono ꝙ adsint alique conditiones ꝑbiben tes potum aque frigide ficut ꝙ materie sint crude grosse aut nondū venter sit lenitus aut ꝙ sit stoma cbi debilis et similes. Dico ꝙ in bis casibus ē ex/ bibenda aqua ꝑmixta cū sirupo acetoso vino gra natoꝝ aut aceto et similibus potentia frigidis.⁊ detur in notabili quātitate.non enim timēda est fa/ cilis ipsius inflāmatio ficut quādo daretur pura bis potentialiter frigidis probibētibus ipsiꝰ ebu litionē:et quia faciunt ipam citiꝰ penetrare. Vel aliter scōm Gentilem detur calida et in notabili quātitate.adiuuabit enim ad digestioneꝫ bumoris sitim extinguet bumectando.et bumores qui sunt causa fitis a stomacbo lauādo neq̄ timetur inflā/ matio corporis per ipam.tum qꝛ citius penetrat ⁊ a corpore educitur.tum quia per antiparistasim non inflāmat corpus sicut aqua frigida. ¶ Utruꝫ autē ipsa cōmixta cū alijs rebus debeat dari i fe/ bribus non multi caumatis calida vel frigida fa/ cile potest innotescere ex dictis. Si enim eger sit cō suetus potui aque frigide et tēpus sit estiuū ⁊ bu/ mores non sint grossi crudi neq̄ patiatur anxieta tem stomaticbā neq̄ apa intrinsecū aut alia ꝑbi bentia aquā frigidā debet dari actu frigida:et cū ea distemperari sirupi siue electuaria et reliqua q̄ secum permiscentur. Si vero ad sint conditiones contrarie debet dari actu calida.

Gentilis.

**Sed bis ita** determinatis superestvt/re spondeamus ad rationes adductas in ꝓtrariū. ¶ Ad primā cū dicit ꝙ Auic. in anxietate stomaticba ꝑbibz potū aque frigide. Respōdetur ꝙ ꝑbibet potū aque frigide quando bumoꝛ ē imbibitus.tūc enim non debet potare nisi aquā calidā ad abluendū bumorē illū nisi alie cō ditiones indicantes potū aque frigide essent for/ tiores.tunc enim postponeretur anxietas stomati/ cba vt ꝑbiberet in corporis exiccatio.Et quāuis Auicen.dicat tibi ꝙ potus aque frigide addat in febrem intelligit de aqua frigida exbibita:quan/ do nō oportet:vt ibi se exponit: vt quia forte ad/ sunt opilationes et bumoꝛes sunt multi grossi in/ digesti. ¶ Ad scōam cū bypo. dicit ꝙ aque nulli? est vsus:nisi quia i acutis bibitur morbis.licet nō in oībus vt pz ex determinatis in questione.et qñ būoꝛes sunt frigidi non cōuenit siue sint subtiles siue grossi.Ad tertiā dicitur ꝙ aqua in q̄busvalde multa colera dñatur sub diafragmate nō cōuenit i pauca quātitate:sed i multa:eo ꝙ in pauca quā/ titate calefit euaporat: et amplius corpus inflā/ mat:sed mltā caliditatē subito extinguit:neq̄ cre/ dendū est ꝙ conuertatur in colerā cum sit simplex: sed in pauca quātitate calefaciendo facit coleraꝫ ebulire.ita vtvideat in colerā conuerti. ¶ Ad quar tam dicitur ꝙ aqua frigida nō sedat sitim quā se/ dant multi alij potus ficut aqua frigida cum vi/ no granatoꝝ aut aceto et similibus:non tamē est absolute negandū ipsam sedare sitim. ¶ Ad q̄ntā dicitur ꝙ aqua frigida multū innanitis non con/ uenit pura in magna quātitate:sed esset cuꝫ alijs rebus permiscēda vtputa iuleb et similibꝰ: sed nō oia corpora febrientia sunt multuꝫ inanita. ¶ Ad sextā dicitur ꝙ non tantū sedat sitim neq̄ tantum bumectat quātū multi alij potus. ¶ Ad septimaꝫ loquitur ꝓparatiue ad alios potus sicut dictū est. ¶ Ad vltimam dicitur iuxta determinata in que/ stione ꝙ in pestilentiali et in febribus ardentibus debet exbiberi in magna quātitate: ita etiam aq̄ ordei.et alij potus:non tamen alij potus sunt ita apti corpus inflāmare ficut pauca aqua frigida cum sint actu et potentia frigidi. ¶ Preterea non tanto tēpore retinentur: sed transeunt et transmu tantur in bumiditates.sunt enim magis a natu/ ra dilecti quā frigida aqua.

An sit expectan da digestio in exbibitione aq̄ frigide.

**Dubitatur** sc̄o an ꝑ exbibendo aquaꝫ frigidam in febribus būoꝛa libus sit expectanda digestio. ¶ Pro cuius decisio ne premitto ꝙ febres bumorales in quibus con/ uenit copiosus aque frigide potꝰ sunt febres san/ guinee vel colerice.longinquū est enim ꝙ in fleg/ maticis aut melācolicis conueniat copiosus aq̄ frigide potus. ¶ De sanguineis autem dicenduꝫ est ꝙ si pendeant a sanguine buliente absq̄ putre dine in quo nō sit aliud peccatum preter multitu/ dinem et ebulitionē statim nulla expectata dige/ stione ē exbibenda aqua frigida.Si vero sanguis sit putridus tunc aut cum putredine sua declinat ad grossitiem et est expectanda digestio. Si vero declinet ad subtilitatem non est expectanda dige stio cum per potuꝫ aque frigide digeratur. Si au tem feb.fuerit colerica ⁊ pendeat a colera subtili per simile fundamentum non est expectanda dige stio.Si vero pendeat a colera grossa debet dige/ stio expectari. ¶ Contra determinationem istam instatur per Ga.nono terapentice.qui vult quod quamuis flebotbomia in omni tempore conue/ niat tamen potus aq̄ frigide cōuenit apparētib? signis digestiōis. Idē sētit Auer.vij.colligꝫ dicēs

Auerroys.

¶ Ponit illa que indicant ingrossationē dicte: et dicit tria. Primū quod ingrossationem regiminis significat virtus. Secundū quod dignior horarum ad ingrossanduz dictam est hora in qua virtus nō valde occupata est in materia et est principiū egritudinis: scilicet vniuersale. Tertium quod oportet vt succurratur nocumento illius ingrossationis cum sparsione: idest diuisione et exhibitione cibi in pluribus vicibus: quoniam hec partitio cibi in pluribus vicibus facilius a virtute tolerat quā exhibitio multi cibi vice vnica. Non enim potest a virtute debili digeri. Unde si febrīs pfueuit comedere bis in die tempore sanitatis comedat ter: totum tamen sit minus quam tempore sanitatis.

¶ Primo notandū quod per ingrossationē non intelligit dictam grossam distinctā cōtra alias species dicte: sed ipsam cibationē. Illud em̄ quod de cibo datur non datur nisi propter virtutem: vt em̄ virtus nutriatur ⁊ nō morbꝰ cibus datur infirmo. ipsa enim virtus est cuius gratia cibamus ⁊ nō febris: vt Gal. dicit in cōmento illius affo. Contemplari oportet. Et primo regiminis acutorū. Sicut ergo morbꝰ siue materia pricipaliter indicat subtiliationem siue ablationē cibi: et virtus est cōsentiens: sic virtus principaliter indicat ingrossationem siue dationem cibi et morbus est sicut consentiens. ¶ Secundo notandū quod per ingrossationem cōuenientē in principio magis quam in augmento et statu intelligit quācunq; cibi exhibitionem siue fit dieta tenuis sicut in principio morborum acutoꝝ: siue fit dieta grossa sicut in principio cronicorum. Plus enim cibi debemus exhibere in principio quā in augmento et statu vniuersalibus In declinatiōe tamen vniuersali debemꝰ grossius cibare quam in principio vniuersali. Et hec vera sunt et obseruanda in regimine egri vniuersali cōcernente decursum egritudinis per omnia sua tempora. Nam in principio plus cibi exhibemus in augmento minus. in statu adhuc minus aut nibil et proprie hora crisis. Sz in declinatione grossius dictamus q̄n in ceteris. in regimine tamē particulari propter aliquam causam vrgentem facimus contrarium. nam in principio aliquādo multum subtrabimus cibum propter plenitudinem q̄ aliquando est in principio. et non tanta in temporibus sequentibus. quandoq; plus de cibo afferimus in statu timore casus virtutis. Item aliquando in principio subtiliamus dietam cum ignoramus egritudinem vt natura conuersa contra morbum non impedita a cibo ipsum superet aut manifestet: vt dixit Auicenna in cura vniuersali febrīū putridarum. ¶ Et nota q̄ hoc regimen vniuersale supascriptum intelligitur taliter esse obseruāduz in temporibus vniuersalibus distinctis penes accidentia et non penes materiam quando non coincidunt sicut non reseruantibus materiam aduenticam creticam expulsionem de vtriq; simul intelligitur. sed in morbis immaterialibus sicut in ethicis non est hoc regimen vniuersale obseruandum. Quandoq; enim grossius dietamus in augmento et statu quātum ad multitudinem eius quod debet in substantiaz nutriti conuerti cū sit in bis maior resolutio q̄ in principio: licet quo ad vnam cibationem grossius cibemus in principio cum virtus sit fortior. In effimeris vero magis cibam⁹. in declinatione regulariter: licet in principio aliquā do notabiliter cibemus cum corpus propter causam precedentem est preter modum resolutum sicut in effimera ex fame ex excercitio ⁊ similib⁹. ¶ Et nota q̄ licet in omnibus egritudinibus materialibus in principio augmento et statu sit minus de cibo offerendum absolute: et quantum ad id quod conuertitur in substantiā nutriti. in toto tamen tempore declinationis et neutralitatis conualescentie est plus cibi offerendum quantum ad id quod cōuertitur in substantiam nutriti q̄ tempore sanitatis. aliter non reduceretur ad pristinam sanitatez cum ex egritudine sit consumptus. et accipio ly toto catbegorice. Similiter credo ex eodez fundamēto q̄ in tempore etbice. sit plus cibandum quantū ad id quod conuertitur in substantiaz nutriti q̄ in equali tempore sanitatis ipsi⁹. plus tamē vna vice est. cibi exhibēdū ceteris paribus in sanitate q̄ in aliq̄ egritudine nisi forte in fame canina. ¶ Horum tamen oppositum posset defendi tenēdo maiorem posse fieri resolutionē in sanis a calore multiplicato in quanto q̄ in febricitibus a calore maiori intēsione ⁊ precipue exercitatis.

De dieta estatis.

¶ Et estas quidem propter suam resolutionem indiget additione cibationis et separationis eius. nam virtus nō sufficit ad digerendum illud quod multum est semel. Et quoniam resolutio in ea est per sparsionem: tunc oportet vt cambium sit per sparsionem.

Hic docet conuenientem cibationē et electionem specierū dicte magis ī spali. Et hz hec ps quinq; ptes. In pria docet eligere conuenientē cibatiōez scōm tpa anni In scōa fm species egritudinis: in tertia secundum diuersam dispositionem virtutis in quarta secūdum complexionem. in quinta secūdum etatem. Secunda ibi (Et cuz itellexeris) Tertia ibi (Et quando scis) Quarta ibi (Et de corporibus) Quinta ibi (Et senes quidem) Prima in quatuor. nam primo ponit cibationem conuenientem in estate. Secūdo in byeme. Tertio in autūno Quarto infert generalem indicationem a morbo sumptam

sumptam ipsam comparādo indicationi sumpte a virtute. Scō a ibi (Et in byeme) Tertia ibi (Et autūnus quidem) Quarta ibi (Et scias). In pri/ ma parte dicit duo. primum q estas propter suaz resolutionem scilicet magnam a caliditate contin gentis indiget additione cibationis q plus de ci bo exhibeatur q̄ tempore frigido in quo fit minor resolutio. Secundū est q indiget separatione eiꝰ. idest partitione ita q pluribus vicibus exhibeaī: et non multum cibi vna vice. Et huius partitionis subdit duas causas. Prima. quia virtus facta de/ bilis propter nimiam resolutionem in estate non sufficeret multum cibum simul vna vice digerere. Secunda. quia in estate resolutio est per sparsio/ nem. i. continua aut valde frequens oportet q cā/ bium. i. quod restauratur loco deperditi fit. p spar sionem id est continuum aut valde frequens vt in omnibus quo ad multitudinem et continuitatem vel frequentiam restaurando proportionetur reso/ lutioni.

Dieta byemis

¶ Et in hyeme est res econtrario: quoniā propter paruitatem resolutionis eius non facit indigere cambio multo. Amplius si mul tum dederit cambium subito erit tolerans ipsum et fortis apud expulsionē eius.

¶ Hic est canon cibationis in byeme. et vult q ecō tra fiat scilicet q detur minus de cibo q̄ in estate propter paucitatem resolutiōis non facientem in digere cambio multo. Vult secūdo q detur cibus in quantitate maiori vna vice: quoniam virtus est fortis cum non sit resoluta sicut in estate potens multum digerere cibum qui est cambium resoluti. et est fortis apud expulsionem eius ad mēbra nu/ trienda cum est digestus'. Aut aliter apud expulsio nem eius scilicet superfluitatis que in digestione eius resecantur. Aut tertio apud expulsionem eiꝰ. id est quando cibus est expulsus per omnes dige/ stiones stat virtus constans absq; cibo nouo pluri tempore. quia non ita dissolutur sicut in estate. Et ex hoc textu aperte liquet plus de cibo esse offerē/ dum in equali tēpore: vt puta die naturali in esta/ te q̄ in byeme. Econtra vero in byeme minus de cibo esse offerendum in equali tempore: ꝫ in vna vice plus exhibendum sit. et per cibum hic intelli/ ge cibū et potū: nā per vtrūq; humidū deperditus est aptū restaurari. ¶ Notandū ne contingat erroꝛ in expositiōe huius textus q resolutio et restaura/ tio quantū ad dispositiōes sunt motus continui. semper em̄ calor disponit ad resolutiones humidi ꝛ ipsius restaurationē: sed quantū ad resoluta ꝛ re staurata nō sunt motus ꝓtinui: imo hoc mō resolu tio ꝛ restauratio sunt mutationes q̄ fiunt in instāti Nam si hoc mō accepte essent cōtinue sequeretur in quacunq; parte tēporis fore infinita, resoluta ꝛ infinita restaurata: et cōsequēter in quacunq; par te temporis infinitum resolueret ꝛ infinitū restau raretur. Qui tamē tenent formā substātialē in reso lutione deperditi successiue et in restauratiōe suc/ cessiue acquiri possent defendere ipas esse motus cōtinuos. Et consequēter ꝓcederent q in quacūq; parte tēporis infinita resoluerētur ꝛ infinita restau rarentur. ¶ Ex quibus tamē nō sequit q in aliqua parte corporis resolutū ꝛ restauratuz sit infinitū. ¶ Sed bis omissis sequendo cōmunē opinionem dicamus de intentione Auicē. in hoc textu qō plu/ ra sunt resoluta et plura sunt restaurata in estate quam in hieme. ꝛ hoc est quod dixit per sparsionē.

¶ Et autūnus quidem est tempus malum et propter hoc oportet vt subtilietur in eo inter conseruationem virtutis et inter supe rationem materie et spargere paulatim in eo est melius: et prorsus spargere cum debi litate virtutis est melius egro.

Dieta autūnt.

¶ Hunc ponit dietam conuenientē in autūno di/ cens q autūnus est tempus malum. simulatur em̄ morbo de corruptiōe humorū. propterea oportet vt subtilietur in eo inter ꝓseruationē virtutis et su perationē materie: idest q taliter ordinetur dieta q virtus conseruetur ꝛ materia superetur. Et spar gere paulatim. idest cibū partiri: parum pro vice exhibendo est melius in eo vt virtus debilis in au/ tumno saltem in comparatione ad hiemem ꝛ ver possit bene digerere ne materia multiplicetur: et concludit q partiri cibum quando virtus est debi lis melius est egro cum virtus debilis non possit multum cibum vna vice sumptū digerere: et quia cum male digeritur suggerit materiam morbo.

¶ Et scias quod si nō esset illud quod per tinet virtuti esset magis necessarium vt sub tiliaretur cibus vltima subtiliatiōe: sed vir/ tus non suffert illud et deficit. et cum defi/ cit non valet curatio. Curans enim sicut sci uisti est virtus: non medicus: quoniam me/ dicus facit peruenire instrumentū ad virtutē.

Dieta a mor/ bo.

¶ In parte ista infert dietam a morbo sumptam ipsam diete a virtute sumpte comparando. Et di cit quod si nō esset illud quod pertinet virtuti esset melius quod subtiliaretur cibus vltima subtilia/ tione que est nihil dare: sed virtus non sufficit il/ lud et deficit: et cum deficit non valet curatio. Cu/ rans enim vt sciuisti est virtus nō medicus: scilicet principaliter. facit enim medicus instrumēta per/ uenire ad virtutē. Est itaq; virtus agens princpa le: medicus vero minister et subseruiens. porrigit enim instrumenta virtuti. iuxta illud Galeni ter/ tio tegni iuxta principiū. Omnium quidem natu/ ra operatrix: medicus vero minister. Sed hoc est ve rum nō semper: sed vt plurimum. Nam inurendo suendo secando carnem mortuā auferendo mem/ bra dislocata aut fracta ad loca sua reducēdo me/ dicus est principale agens iuxta illud Gal. quar/ to de ingenio sanitatis. Carnem quidem solidare et creare actiōe nature fiunt. medicine enim in his nihil agunt nisi quod ea que naturam impediunt expellunt. Amputare vero carnem et incendere nō actione nature fiunt sed cum medicinis fortiter exiccantibus.

**Dubitatur** vtrum dicta Auicēne in/ cibā/ do estate hieme ꝛ autumno cō tineāt veritatem. ¶ Pro solutione dubij premittē/ dum quod corpora regenda sunt duplicia. queda robusta siue merito cōplexionis siue merito etatis et hec sunt apta tēpore frigido fortificari per an/ tiparistasim et tempore calido debilitari propter nimiam resolutionē. queda vero sunt debilia que oppositio modo se habent. ¶ Secundo premitten/ dum qō licet dicta Auicē. possint verificari in cor/ poribus sanis et egris. intentio tamen Auicen. est in parte presenti regere corpora egra et proprie fe brientia febre putrida. ¶ Tertio premittendum quod per cibum aliquando intelligimus cibū pro prie sumptum distinctum contra potum. et hic nō potest glutiri sine masticatione. Quādoq; vero ac cipimus cibum cōmuniter pro quocunq; apto nu trire corpꝰ. siue masticatiōe egeat ad hoc vt possit



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

deglutiri:siue possit deglutiri sine masticatione.

¶Byeme diete grossiores q: vētres calidiores.

**Quibus sic** premissis sit hec prima conclusio.accipiendo cibum ꝑprie in corporibus robustis tota summa cibationis biemalis debet esse maior q̄ tota summa cibationis estiue. Ista cōclusio est de intentione Rabi prima affo.cōmento.xvij.Quibus semel aut bis. dum dicit.estas est tempus in quo cibus debet dari pluribus vicibus et minoris quātitatis: de quo cunct comedat in omnibus vicibus. Secundo corpus estate habet humores corruptos. igitur mīr de cibo est exhibendum. consequentia tenet: quia non pura corpora quāto magis nutries tanto magis ledes. Tertio virtus pro recompensatione resoluti est fortior in bieme quā in estate. ergo plus de cibo est dandum in byeme quā in estate. assumptum est de intentione omniū auctorū:ꝛ cōsequentia probaꝫ:q: ceteris paribus plus de cibo dāduz est in habētibus fortiorē digestiuā.et ideo videm' carnosum corpus in byeme impinguari in estate vero macrefieri.¶Et ꝓfirmaꝫ.quia cibus magnū nocumētum afferret:si nō posset cōuenienter digeri.melius aūt et in maiori quantitate digereretꝫ in byeme quam in estate virtute existēte fortiori in tota byeme quā in tota estate.¶Preterea oportet in byeme multū habere de sanguine et spiritu vt corpus a frigore defendatur.Et pro ꝓclusione hacꝫ est experiētia Gentilis in solutione but' dubij. ¶Secunda cōclusio.potus debet esse maior estate quaz byeme.Pro hac est experientia ꝛ autoritas Rasis xvij.cōtinentis capitulo de aere.dum dicit.Estate vtere cibis humidis :et vinū sit multum bene lim̄pbatuz.¶Preterea maior est indigētia humidi roridi estate quā byeme:cuius signum est sitis maior estate quam byeme:nec etiā solum propter humidi recōpensam conuenit maior potus: sed propter refrigerare calidum intensum calore estiuo.
¶Tertia ꝓclusio.accipiēdo cibuz cōmuniter plus de cibo offerendū est in tota estate quā in tota byeme.¶Hanc cōclusionē vult Auicē.in littera nisi velimus peruertere textū eius.¶Et pro hac est ratio sua:quia m'to maior est resolutio in estate tota q̄ in tota byeme.¶Nec obstat fortitudo ꝛtutis maior in byeme quā in estate:quia ea que sunt liquida a virtute etiam debili facile transmutātur.¶Quarta cōclusio.in corporibus debilibus que fortificātur estate et debilitantꝫ byeme plus de cibo ꝛ potu et frequentius est offerendū in estate quā in byeme cōclusio manifesta est. quia resolutio est maior et virtus nutritiua est fortior estate quam byeme.
¶Quinta conclusio licet scōm plurimū in corporibus robustis egris sit plus de cibo exhibēdum tēpore byemis quā estatis.aliquādo tamē in egritudine peracuta est plus de cibo exhibendū in estate quam byeme.Prima pars est manifesta cum scōm plurimū morbi sint magis cronici tēpore byemis quā estatis in quibus grossius est cibandū.Sed secunda probatur:quia quādocꝫ in egritudine peracuta terminānda crettce in tertia die nihil cibi dabimus in byeme:quia virtus est magis potens tolerare absꝫ cibo que tamen in estate non poterit tolerare cum merito estatis virtus sit debilior.
¶Et ex isto fundamento tenendū est quod frequēter in corporibus robustis aliorum paritate supposita ex parte morbi et reliquorū est grossius dietandum in estate quā in byeme. quia in estate virtus est debilior quā in byeme que indicat de maiori cibi oblatione licet minus pro vice sit exhibendum. ¶Et nota q̄ Auicen .in hoc capitulo nullā fecit mentionem de cibatione cōuenienti in vere: quia noluit eius cibationez debere intelligi per cibationes aliorū temporū.Indicatione enim sumpta a virtute plus de cibo est exhibendū in vna vice in byeme quam in vere et in vere quā in autūno et in autumno quam in estate.pluribus tamen vicibus exhibendus est cibus in estate quam in autūno et in autumno quam in vere. et in vere quam in byeme.Tota tamē summa cibi distincta cōtra potum debet esse maior in byeme quā in vere:et in vere quā in autumno.et in autumno quam in estate.
¶Sed summa potus se habet econtra.¶Accipiēdo vero cibū vt est cōmunis ad cibum ꝓprie sumptum et ad potū:maior summa offerēda est in estate quam autumno:et in autumno quam in vere:ꝛ in vere quam in byeme.¶Et hec omnia ex tam dictis facile possunt persuaderi.Et hec vera sunt in corporibus naturaliter robustis. in debilibus vero in multis se habent res econtra.¶Dixi superius indicatione sumpta a virtute:quia indicatione sumpta a repletione que in multis est in vere:et a corruptione humorū que in multis est in autumno.cum ver assimiletur morbo de repletione: ꝛ autumnus morbo de corruptiōe humorū.multotiēs oporteret cibare subtilius in vere ꝛ autūno quā in estate.¶Et hoc dubium sit hoc modo breuiter expeditum.Longiores enim sermones dimitto dominis theoricis.

¶Et cum intellexeris hoc:tunc oportebit vt consideres.nam si egritudo, fuerit valde et illud est vt sit status eius propinquus:et extimaueris quod virtus nō deficiet in hoc tempore quod est inter principium eius vsqꝫ ad statum eius alleuiabis occupationem a virtute et incitabis eam super materiam:et non facias eam occupari in cibo spisso:immo subtilia regimē statim cum dimissiōe cibi omnino: et ꝓprie in die crisis.

Spēs dietes nes egritudi-nes.

¶In parte ista docet eligere species diete scōm diuersitates egritudinū penes cronicitatem et acuitatem ipsarum.secundo docet regimē dietādi gradatim.scōa ibi.(Verum est tibi necessarium.)Prima in tres.primo ponit regimē per dietā in febre valde acuta.Secundo in febre acuta absolute. tertio in cronica.secunda ibi.(Et si videris)tertia ibi (Et si videris egritudinē cronicā.)In prima parte Auicenna vult istam conclusionē.in febre valde acuta habente statum propinquū constante virtute non ingrossetur.immo subtilietur regimē:ꝛ omnis auferatur cibus et ꝓprie in die crisis.Cōclusio arguitur sic.natura nō debet occupari in digerendo cibum spissum: immo incitari supra materiam.ergo cōclusio vera.Intendo ergo ad litterā dicit Auicenna cum intellexeris hec: scz que dicta sunt in parte prelecta:scz de speciebus diete ꝛ qō nisi esset respectus ad virtutē subtiliaremus vltime.Oportet considerare manerie egritudinis que si fuerit valde acuta habens statum propinquū te extimante nō deficere virtutē in hoc tempore quod est a principio vsqꝫ ad statum alleuia virtutē ne occupetur supra cibum spissum: immo supra materiam febris.quare subtilia regimē saltē in die crisis omnino dimittendo cibum.quasi dicat qō aliquid subtile posset exhiberi in principio aut in augmento sicut parum vini grauatorū aut parū aque ordei subtilis:sed nihil in statu.

¶Et si videris

¶Et si videris egritudinez acutam nō valdeimmo acutam absolute: tunc oportebit vt subtilies regimē non in vltimo nisi apud statum in die crisis proprie nisi propter causam maximam.

Dicta egritudinis acute.

¶In parte ista dicit Auicenna primum. Si cognoueris egritudinem acutam non valde: immo egritudinem acutam absolute: que scz terminanda sit a quarto vsqz ad decimūquartum: tunc oportebit vt subtilies regimen non in vltimo:quod est nihil dare.Secundo dicit quod non subtiliare regimen in vltimo est obseruandum nisi apud statum: idest in statu et proprie in die crisis. nam tūc est vltimo subtiliādum.Tertio dicit nisi propter causam maximam scilicet propter manifestam debilitatē virtutis.neqz in statu:neqz hora crisis est vltime subtiliandum:immo accidētibus virtutem dissoluentibus illico dandus est cibus. prima afforismorum.

¶Et si videris egritudinem cronicam aut propinquā cronice: non subtilies regimē-virtus enim non saluabitur vsqz ad statum cum subtiliatione reginminis.

¶In hac parte dicit duo.Primum si videris: idest cognoueris egritudinem cronicam:idest temporalem terminādam vltra quadragesimū.aut propinquam cronice:scilicet tropicam que terminatur in decimoquarto exclusiue vsqz ad quadragesimum inclusiue non subtilies regimē.Scōo reddens causam dicit:quia virtus nō saluabitur vsqz ad statuz cum subtiliatione reginminis.

¶Uerum est tibi necessarium cum hoc in omnibus speciebus:vt sit principiū tui reginminis grossius: et postremū tui reginminis perueniens ad statum subtilius et gradatim procedas in eo quod est inter illa. ita vt virtus sit conseruata vsqz prope statū: tunc enim intende super materiam :et non sis occupatus in alio.

Regimē per dietum.

¶In parte illa ponit gradatim processum in regimine per dietam:et intendit istam cōclusionē. In omni specie febris debes a principio grossius dietare.secundo in statu subtilius: et in spacio inter principium et statum debes gradatim procedere continue subtilius dietando.cōclusio arguitur sic. Taliter debet infirmus a principio dietari vt virtus conseruetur vsqz ad statum: et taliter in statu vt sit intenta materie et nō occupata.igitur in principio est grossius dietandū et in statu subtilius et in tēpore medio gradatim a grossiori ad subtilius procedendum.tenet consequentia.et partes antecedētis sunt satis manifeste intelligēti terminos.

**Dubitatur** circa bas partes.vtrum contineantveritatem.sed circa regimen primum ab Auicenna positum hic nō oportet aliud inquirere.Superius enim sufficienter in hoc capitulo disputatū fuit. An sit debilis febris peracuta in qua nullus competat cibus: sufficiūt que dicta sunt in determinatiōe huius questiōis.

Galeni intento.

¶Pro notitia huius et aliorū reginminū est sciendum de intentione Galeni primo et tertio pronosticorum:et tertio de creticis quod egritudinū.quedam sunt peracute: quarum finis est vsqz ad quartum diem inclusiue. Quedam acute absolute:quarum finis est a quarto exclusiue vsqz ad decimumquartum inclusiue.quedam tropice:quorum finis est a decimoquarto exclusiue vsqz ad.40.inclusiue. Quedā cronice:quarum terminus est a quadragesimo die exclusiue supra. Et de bis duab' vltimis spectebus determinat simul in vltimo regimine. In peracutis vero conuenit tenuissima dieta que est nihil dare vsqz ad quartum diem si fuerit virtus tolerans.Sed dixi in determinatione dubij illius quod tempore nostro in quo homines sunt assueti grossius dietari quam tempore ypocratis est aliquid dari in principio aut in augmento: sicut parum aque ordei aut tuleb aut vini granatorum. Rationes vide in dubio illo. et hoc innuit Auicenna in textu.Si vero egritudo fuerit absolute acuta detur in principio ptisana ordeacea vel panata subtilis absqz vino ouis carnibus et similibus que declinant ad dietam grossam: in augmēto detur ptisana aut panata subtilior aut ratione quātitatis: aut quia fit minus de pane aut farina et similibus in genere subtilis diete. Sed tempore nostro esset melius vt huiusmodi decoquerentur in brodio pulli parui et similiū.Sed in statu nihil detur et proprie in hora crisis.sed tempore nostro concedatur aliquid aque ordei aut tuleb aut vini granatorum ꝛ similium.Si vero egritudo fuerit cronica aut propinqua cronice sicut tropica concedatur grossior dieta:sicut panata cum pullo: et in augmento panata cum paucioribus carnibus aut magis subtilibus:sed in statu sola panata aut ptisana ordeacea absqz carnibus: et posset concedi in regione nostra aliquid vini cum apparet digestio in principio et in augmento et in statu minus. et hec omnia intelliguntur in cura regulari et in regimine vniuersali quod ordinetur in relatione ad statum:quia cura coacta oportet aliquando dare vinum aquam carnis in statu et hora crisis. Item in regimine particulari propter multitudinez materie oportet aliquando attenuare dietam in egritudine cronica quouscz minorata sit plenitudo: et postea ingrossare minorata plenitudine: ꝛ postea subtiliando procedere vsqz ad statum inclusiue:et proprie in hora crisis.Similiter in regimine tentatiuo.cum ignoremus egritudinem oportet ab ipo initio attenuare vt virtus non occupata. cibo vel manifestet eā vel superet ipsam vt statim dicetur. et etiam dictum fuit superius in curatione vniuersali febrium.Et hic nota exemplū Alyabatis' tertio practice qui assimilat egrum peregrino: egritudinem peregrinationi siue vie: dietam expensis peregrinus enim si peregrinatio sit lōga defert secum multū pecunie ne deficiat in via.sin vero breuissima:non opus est vt secum deferat aliquid pecunie.si vero media sit mediocriter secum deferat de pecunia.¶Et hic nota qꝺ penes Auicen.ꝛ alios autores illa dieta dicitur subtilis que parum nutrit.Illa grossa que multuz nutrit. Illa mediocris que mediocriter nutrit:siue hec perueniāt merito quātitatis siue merito qualitatis. he vero mensurantur in relatione ad dietam conuenientem sibi sano. ¶Item nota quod in tēpore isto cum fit mētio de temporibus intelligitur de ipsis vniuersalibus distinctis penes accidentia.¶Sed quomodo dietandum sit in temporibus particularibus dicetur inferius.Est enim si necessitas cogat exhibendus cibus potius in declinatione: deinde in augmento:postea deterius in statu:pessimū in principio particulari in morbis materialibus:et hec veritatem continent scōm plurimum.

¶Et quando scis quod virtus est fortis: De tute dicte.

tunc fortasse necessarium facit dispositio vt sis contentus iuleb solo: et si non plus saltem hebdomada vna: et proprie in febrib⁹ apostematum: quod si timueris debilitatez sis contentus aqua ordei.

¶ In parte presenti docet eligere diuersas species diete secundū diuersas dispositiones virtutis: et duo facit. Primo ponit duos canones. secūdo removet errorem quendā. secūda ibi. (Et illius quidem qui existimauit). Prima in duas. nam primo docet qualiter dietandū sit cognita egritudine et dispositione virtutis. in secunda qualiter dietandum sit incognita egritudine. secūda ibi. (Et cum ambigua.) In prima parte dicit duo. Primū quādo scis quod virtus est fortis: tunc fortasse dispositio: idest egritudo facit necessariū: idest esse valde vtile et conueniens vt sis contentus iuleb solo saltem hebdomada vna et proprie in febrib⁹ apostematum. Secundo dicit quod si timueris debilitatem sis cōtentus aqua ordei que est nutribilior iuleb. ¶ Notandū primo quod per iuleb debes intelligere sirupum simplicem factum ex aqua. et zucchаro. vel addita aliqua parte aque rosate. vt vult Johannes serapiōis in septimo breuiarij. et est a greco iulē. Et certum est quod si debet esse minus nutritiuum aqua ordei: oportet quod sit in eius compositione parum zuccari. et multum aque nisi forte per aquam ordei intelligeremus ptisanam: et certe nostro tempore nō debemus esse cōtenti solo iuleb. aut aqua ordei: iz dabimus ptisanā. Non credamus tamen sicut dicit Gentilis quod Auicēna fuerit ita insciens quod in magnis casibus virtutis succurrat cum aqua ordei: immo cum vino et aqua carnis vt apparet vndecima tertij. Sed intētio sua fuit vt valde tenuiter dietem⁹. modo virtus non cadat. ¶ Secundo notādum quod maxime in febribus apostematū debemus attenuare regimē vt materia diuertatur a fluxu ad partē apostemata facto corpore amaro propter cibi abstinētiaz vnde in apostemate intestini recti facit Auic. ieiunare duobus diebus tertio canone. fen. x.

¶ Et cū ambigua sit tibi dispositio in egritudine et non cognoscis eam: tunc vt declines ad subtiliationem est melius quam vt declines ad additionem te obseruante virtutem et tolerantiam.

¶ Hic ponit secundū canonē dicens. quando non cognoscis egritudinem est melius vt declines ad tenuitatem diete quam ingrossationē te tamē obseruante virtutem et tolerantiam eius. idest quanto tempore iudicio estimatiuo potes tolerare bāc subtiliationem vt non magis subtilies quam virtus possit tolerare.

**Contra. minus** nocumentum est declinare ad dietam grossiorem quam oportet quam ad subtiliorem ꝙ oportet. igitur te ignorante egritudinē et durationem eius est tutius declinare ad ingrossandum dietam quam ad subtiliandum. tenet consequentia. quia in rebus dubijs pars tutior et minus malum est eligendū. Sed antecedēs est ypocra. prima aforis. Omne enim peccatum quodcunqꝫ fit magnū magis fit in tenuibus quam in grossioribus dietis. ¶ Preterea si speciem egritudinis ignoro multo magis ignorabo durationem eius cum valde difficilius cognita fit duratio egritudinis quā species eius. Et psequēter nullo pacto conseruare potero virtutem neqꝫ tolerantiā eius. i. quanto tempore possit tolerare. ¶ Preterea insurgit dubium quanta debet esse butumodi subtilitas diete: debet ne esse tenuissima aut magis appropinquare medie. ¶ Ad hoc dicendum est quod hic canon est ad faciendum nos deuenire in noticiam egritudinis ignorate. hoc autem melius fit cum natura nō occupata cibo se totam conuertit contra egritudinem: quia aut superat: aut manifestat eam. ¶ Ad primam igitur rationem dicitur quod licet sit magis malum declinare ad dietam subtiliorem quaz grossiorē ꝙ opz. Attamen hic timor maioris mali eligitur vt veniamus in notitiam egritudis cuius cognitio preeligitur timori illius maioris mali. ¶ Ad scōm dicitur quod licet tēpus tolerantie adequate sciri nō possit tamē per virtutem presentez aliquam habeo coniecturā de tolerantia virtutis. etiam quotidie tangendo pulsum considerādo virtutem vitalem animalē et naturalē mensure tenorem virtutis an perduret an manifeste deficiat. ¶ Ad tertium dicitur quod medicus habet aliquā coniecturam de durattone egritudinis. dato quod nō cognoscat speciem egritudinis que coniectura sumitur a tempore anni. a cōplexione. a modo paroxismandi et pulsu et reliquis de quibus actum est prima quarti capitulo quarto et scōm coniecturam illam longitudinis aut breuitatis dietat. ¶ Sed pone quod nullā habeas penitus de egritudine notitiam: sicut ydiota tunc melius est vt ordines dietam mediam: scilicet panē totum vel ptisanam ordeaceā tēpore nostro in brodio pulli. sic enim minus posles errare quam si ordinares aliquam extremā dietam cum medium minus distet ab extremis ꝙ extrema inter se.

¶ Et illius quidem qui existimauit quod cibatio in febre acuta est melior: quoniam non est intentio in digestione et in euacuatione cum volueris vt faciat id natura aut non faciat. errorem iam te scire feci: immo quando times casum virtutis tunc cibatio est melior.

¶ In parte presenti Auicenna dicit duo. Primum quod superius fecit te scire errorem illius scilicet Rasis qui existimauit quod cibatio et confortatio in febre acuta supple pendente a materia subtili est melior. quoniā non est intentio digestioni cum materia subtilis secundum ipsum fit digesta. Et pro sed est intentio in euacuatione cum volueris vt faciat eam natura: aut volueris quod non faciat eam natura: sed ars cum tempore euacuationis oporteat quod virtus fit fortis. propter ea cibo est confortanda. Dicit scō: immo quando times casum virtutis: tunc cibatio est melior: et nō est melior cum euacuatio est facienda nisi forte ipa deficiat. ¶ Notandū quod Auicenna fecit errorez huius Rasis scīri: scilicet in precedenti capitulo vbi ostendit materiam subtilem indigere digestione. et fecit etiam te scire errorem eius aut alterius circa euacuationem in hoc capitulo illo. §. Et de illis que significant subtiliationem est necessitas flebotomi e aut solutionis ventris. Cum enim adest necessitas euacuationis oportet prius absoluere necessitatē illam: postea cibare: nisi timeamus casuz virtutis vel virtutem defecturam.

¶ Et de corporibus sunt corpora corpo-

Reprehēdit rasim penum.

ra colerica

ra colerica que requirunt regimen diuersuz ab illo qđ dicimus.et proprie quando sunt assueta comestione plurima.ipsi enim cum nō cibant saltem in principio febris:imo in hora q̄ est prauior ea ꝛ est hora stat⁹ nō vacue sunt dispositiones eorū a duab⁹ reb⁹:qm̄ cum ipsi sint debilium virtutum superue= nit eis sincopis et moriuntur in paroxismo et si sunt fortium virtutum cadunt in exte= nuationem et apparent super eos signa ari ditatis et ex minoratione nasi et profunda tione oculorum.et quod tempora sunt de= pressa:ꝛ fortasse superuenit eis sincopis an te illud propter id quod effunditur ad sto= machos eorum de colera mordicatiua.

Modi dietan/ di⁹ cōplexiōe

¶In parte presenti docet diuersum modum dietā di scām diuersitatē cōplexionū et quasdā dispositi= tiones particulares. Et habet hec pars quattuor partes.In prima parte ponit canonē specialē in= dicando de speciali corporis cōplexione. In secū= da parte ponit canonez indicando ab aptitudine resolutionis.In tertia Auicenna summat natura= les dispositiones propter quas oportet diuersifi= care cibationes ab eo quod dictum est. In quarta parte explicat quasdam dispositiones preterna= turales siue accidentia quedam propter que opor tet variare cibationē.ꝛ explicat modos cibationū hic cōuenientiū.ibi scōa.(Et sunt de boibus).ibi tertia(Et omnis cuius calor)ibi quarta(Et de eis sunt quibus). ¶In prima parte Auic.vult istā conclusionē.corpora colerica et ꝑprie solita come dere multum requirunt regimen diuersum a pre= dicto regimine.Cōclusio arguitur sic. Ista sunt ci banda in principio et statu paroxismorū. ergo cō clusio est vera.tenet consequētia probatur antece= dens.quia si nō cibantur in principio et statu. vel superuenit sincopis et moriuntur in paroxismis. vel fit fortis eorum extenuatio et signa ariditatis: vt minoratio nasi et ꝑfundatio oculorū.ergo sunt cibanda in principio ꝛ statu paroxismi.Intendo ergo ad litterā dicit quod de corporibus sunt que dam corpora colerica que requirunt regimē diuer sum ab eo quod diximus:et proprie quādo sunt as sueta comestioni plurime. ipa enim cum nō cibā= tur in principio:scz paroxismi aut in hora que est prauior ea scz hora stat⁹.nōvacue sunt eorū dispo sitiones a duabus rebus: idest incurrunt alterum duorum.Nam si sunt debiliuz virtutum naturali= ter scz pauci spiritus ꝛ sanguis superuenit eis sin copis et moriuntur in paroxismo. Et si sunt fortiū virtutum cadunt in extenuationem et apparent su pra eos signa ariditatis ex minoratiōe nasi et pro fundatione oculoꝝ et quod tempora sunt depres= sa:idest priuata suis tumoribus naturalibus:ꝛ for tasse superuenit eis sincopis ante: idest ante banc extenuationem propter illud quod effunditur ad stomachos eorū de colera mordicatiua ꝛ ceteris.

**Dubitatur** vtrum corpora colerica indi= geant cōtrario regimine et qđ diximus:scz quod sint cibanda in principio ꝛ statu paroxismi. Et arguitur qđ nō:quia multa sunt ta= lia.et sic in multis esset hoc regimen obseruandū. cum tamen Auicenna iubeat raro hoc regimen fie ri. ¶Secundo complexio ficca indiget conseruari cum siccis: sicut humida humidis. vnde dieta hu= mida confert infantibus et grassis. ergo nō debēt ista corpora ficca cibo humectari. ¶Preterea dicit hoc regimē esse obseruandū quando hec corpora sunt assueta plurime comestioni. ¶Sed cōtra hoc est Galenus primo regiminis acutorum.capitulo quarto vbi ponens duo exēpla ponit illum cuius vult regimen attenuare cōsuetum plurima come= stione. Et videtur cōuenies.quia plurima come= stio est signū plurime repletionis: et vbi est plurī= ma repletio conuenit minus cibare.

**Dicendum pro** solutiōe dubij quod corpora de quibus est hic sermo sunt exuberantia multa colera calida et sicca macra ytentia in vita sua multo exercitio et parum dormitētia:et de his est iuuenis de quo lo= quitur Galenus.xviij.terapētice.capitulo tertio ꝛ in lib.de causis pro catarticis.capitulo scōo.Non ergo sunt omnia corpora colerica sed quedam.qđ patet ex modo loquendi Auicen.Non em̄ dixit cor pora colerica: sed de corporibus. quasi dicat.ali= qua sunt regēda regimine cōtrario et:qđ supra scri ptum est.debent enim cibari in principio paroxis mi in statu paroxismi et parū ante initiū:et quan= do cunq; fuerint incibati ne sincopizēt in paroxis= mo et moriantur subito.aut si releuentur a sincopi incurrant extenuationē et facient tornatilem qua= lis descripta est ab ypo.primo pronosticoꝝ.Si ta mē esset possibile expectare declinationē paroxis= mi esset prestantius:et ex his patet solutio ad ra= tionem primā. ¶Ad secundā dicendum quod hoc accidens quod timetur preiudicat naturali com= plexioni. Vel melius dic quod nō omnia corpora sunt conseruāda cum similibus sed solūmodo cor= pora inculpate sana:imo huiusmodi sunt potius preseruanda cum cōtrarijs probibentibus probi= bentibus vlteriorē lapsum cum semper prona sint in siccitatem ꝛ arefactionē. ¶Ad tertiam dicendū quod aliquis est homo assuetus multo cibo indi= gens illo propter plurimā eius resolutionē: et hec non impinguantur nec habēt fecem plurimā:et de isto loquitur Auicēna.xiij.tertij.capitulo de signi= ficationibus dispositionū stomachi. et de hoc est sermo hic.Aliquis est assuetus multo cibo non in digens eo qui eo repletur ꝛ fastiditur habens mul titudinem fecum et constituitur in dispositiōe neu tra:et huic conuenit in febre minoratio cibi:et de hoc loquitur Galenus primo regiminis acutorū. Aliter dicitur quod consuetudo multi cibi aut est diu assueta ante morbum: et hec est illa de qua lo= quitur hic Auicenna.Alia vero parui temporis an te febrem:et de hac loquitur Gal'.loco.supra alle= gato.et forte hec responsio coincidit cum prima. ¶Notandum qđ in hac parte reperitur duplex lit tera.vna est purior:altera prauior.si dicat purior textus est clarus.in hora enim status calor est pu= rior.quia intensior et nō admixtus frigiditati cui frequenter est admixtus in prīcipio. Si vero dicat prauior potest dupliciter intelligi.vno modo ad re soluendum et corpus extenuandū:et est sensus lit= tere clarus.Alio modo quo ad cibum.ꝛ dicunt cō muniter ꝙ nocumentū cibationis est maius inten siue in statu paroxismi. sed nocumentuz cibatiōis in prīcipio paroxismi est maius extensiue. quia in statu calor est intensior: et cibus addit in calorem: sed nocumentū cibationis in principio paroxismi est maius extensiue:quia nocumentum eius exten= ditur ad omnia tempora paroxismi sequētia.Ego autem credo nocumentuz cibationis in principio paroxismi nō solum esse maius extensiue:sed scōm

plurimum esse matus intensiue:cum intẽsiora fiãt nocumenta et pauca iuuamenta. Nocet enim suffocando calorem innatũ coartãdo magis pulsuz et pauca est tunc indigentia cibi cum corpus nondum sit exiccatum et resolutum. ¶ Item prolongatur principium et cetera tempora et mors potest ita accidere in principio per viam suffocationis: sicut in statu per viam resolutionis: sed in statu nocet. quia forte prolongat statum et declinationem licet forte prouocando sudorem qui forte nõ prouocaretur sine cibo: possit esse causa abbreuiationis eorum. ¶ Item facit aliqualiter excrescere calorem: sed multa iuuamenta facit humectando et restaurando corpus exiccatũ et resolutum. Credo itaq; intelligendum esse q̃ status est bona prauior quo ad corporis exiccationẽ nõ quo ad cibationẽ. et maxime in his corporibus de quibus hic loquitur. in quib⁹ potest accidere syncopis et mors subita per viam resolutionis. Et non solum status est prauior bona ad occidenduz per viam resolutiõis quã principiũ: immo declinatio paroxismi est prauior bona quã principiũ ad occidendũ per viam resolutionis. tertio de crisi. cap̃. tertio ⁊ scõa quarti. capitulo de bonis et speciebus mortis. Et si quaraẽ in quo tempore est melius cibare hec corpora que syncopizant in paroxismis et quandoq; subito moriuntur. ¶ Dicendũ quod syncopis potest accidere his corporibus dupliciter. vno modo exfluxu colere ad os stomachi: et hoc magis accidit in principio paroxismi. Alio modo per viam resolutionis: et hoc magis accidit in statu. ¶ Dicendum igitur quod si accidat syncopis solum exfluxu colere ad stomachum melius est cibare parũ ante principium cum aliquo stiptico frigido sicut cum pane infuso in vino granatorum vt stomachus confortatus a se coleram repellat. aut si veniret ad stomachum facile possit vomi. Sed in his qui syncopizant propter resolutionem: aut vtroq; modo debemus in principio vel parum ante principium: et etiam in statu si nõ possit expectare vsq; ad declinationem: sed in principio vel parum ante principium cum cibo tam dicto: et forte si panis esset infusus in vino stiptico esset prestantius. In statu autẽ cum aliquo resumptiuo: sicut cum aqua carnis vino et similibus si nõ potest expectare declinationẽ. hec enim cura est coacta.

¶ Et sunt de hominibus quidam qui sunt exuberãtis carnis: ꝫ cum abscindit ab eis cib⁹ debilitant̃ ⁊ extenuationẽ incurrũt: q̃re non tolerant prohibitionem cibi.

¶ In parte presenti ponit quendam canonem cibationis diuerse a cõmuni consuetudine cibationis egrorũ. Et dicit quod de hominibus sunt quidam exuberantis carnis a quibus cum cibus abscinditur in paroxismo debilitantur et extenuantur: quare non tolerant prohibitionem cibi. ¶ Notandum quod corpora huiusmodi sanguinea carnosa sunt duplicia. Quedaz enꝫ sunt densa in poris suis et habentia humidum spissum et ratione huius non facile resolubilia: licet habeant multuz de calore facientem ad resolutionem: et hec facile tolerant famem apud Galenum nono terapentice. Quedam autem sunt rara in poris suis et habentia humidum non spissum: et hec sunt facile resolubilia: et cum patiuntur famem extenuationem incurruunt. et sunt cibanda in paroxismo. ⁊ ppre in statu quando prolongatur.

¶ Et omnis cui⁹ calor innatus fortis est valde aut plurimus: aut calor innat⁹ est valde debilis nõ potest dimittere cibum.

¶ In parte presenti Auicenna summat causas cibationis diuerse a cõmuni cibatiõe egrorũ: dicẽs q̃ omnis cuius calor innatus est fortis valde: idest intensus: aut siccitati conſuctus: aut vtroq; modo sicut in corpibus colericis de quib⁹ supra. Maz per hec duo calor fit acutior notabiliter resoluẽs: ⁊ plurimus. i. cũ magna multitudine caloris sequẽte multitudinẽ subiecti ꝓpriꝫ: sicut in sanguineis: de quibus supra: ⁊ in infãtib⁹: aut calor innat⁹ valde debilis: qz remissus ⁊ paucus: sicut in corporib⁹ exanguib⁹ priuatꝫ calore: necnõ spiritib⁹ aut merito cõplexionis: aut merito etatis: sicut decrepiti nõ pñt dimittere cibuz. Sunt enim in paroxismo cibãdi.

Contra. contrariarũ dispositionum regimina debent esse contraria. ergo si vnus istorũ nõ tolerat abstinentiã alter tolerabit eam. ¶ Preterea calor innatus valde debilis parum resolui. ergo tolerat abstinentiam. tertio calor multus ostẽdit multam copiam sanguinis: et talis tolerat abstinentiam. ¶ Ad primum dicenduz quod contrariarũ dispositionũ in eo quod sunt contrarie cõtraria debẽt esse regimina. et hoc modo: qz calor paucus ⁊ calor mult⁹ sunt ꝓtrarij: qz paucus paꝫ resolui ⁊ parũ põt digerere. multus multũ resolui et multũ põt digerere. idigẽt regimie ꝓtrario. s. paucus pauco cibo ꝓ vice: sicut i decrepitis ⁊ exanguibus. ⁊ mult⁹ multo cibo ꝓ vice: sicut in infantib⁹ et sanguineis: sed in illo in quo ꝓuenit̃ indigẽt silꝫ regimine. ꝓuenit̃ enim in hoc: q̃ vterq; ẽ parat⁹ extinctiõi. vn⁹ ꝓpt nimiã resolutionẽ: alt⁹ ꝓpter paucitatẽ bũidi: vñ nisi cito subuentaꝫ extinguiꝫ. Exẽplũ hẽtis in lucerna habẽte mltũ de oleo: sꝫ papyrũ magnã cũ multo igne multũ de oleo cõsumẽte. hec ei exigit multũ oleũ ⁊ frequẽter. Si ãt lucerna hẽat valde modicũ de oleo: ⁊ papyrũ paruã cũ qua flãma exigeret paucũ oleũ: sꝫ frequẽter: sic est de cibo in corporibus multi et pauci caloris: et ex his patet solutio ad rationes alias.

¶ Et de eis sunt quibus accidit dolor et lesio in stomacho et dolor capitis propter cõmunitatẽ: et isti sunt de hoc genere. Et istis fortasse sufficit aqua ordei et fortasse egent vt misceant succum granatorum et similia illi vt confortetur os stomachi. Et quandoq; est nobis necessariuz vt faciamus eos vomere cum facilitate ante cibũ. Et in plurimis istorum si debilitantur: ⁊ proprie si superuenit eis syncopis: causa non est vehemẽtia debilitatis: immo effusio materiei ad os stomachi. Cum ergo sumunt in potu siruꝑum acetosum permixtum cum aqua calida multa: aut vinum permixtuz cum aqua multa euomunt in vomitu humores coleri cos et virtus eorum fit fortis. Cunq; cibantur aliquo robuch stipticorũ sedãtur:

¶ In hac parte Auicẽ. explicat quasdã dispositiones preternaturales propter quas oportet variare cibationẽ: ⁊ explicat modos cibationuz dicens sex. Primũ quod sunt ali qui q̃busa ccidit dolor in stomacho et lesio. s. alta: sicut nausea et subuersio et dolor etiã capitis per cõitatez a stomacho ⁊ isti sunt de hoc gñe qui nõ pñt abstinere a cibo. Scõo dicit ꝙ

dicit ꝙ istis fortasse sufficit aqua ordei. et fortasse egent vt misceatur secum vinū granatorū et simi/lia illi os stomachi confortantia et infrigidantia sicut vinum citonior̄ .iij. dicit: ꝙ quandoq; est ne/cessariū vt faciamus eos vomere cū facilitate. i. le uibus remedijs ante cibum ad educendū supflua que sunt in stomacho. Quarto dicit: ꝙ plurib' isto rum si debilitantur: et proprie si superuenit eis fin copis causa non est debilitas magna. s. per viam resolutionis spirituū et consumptionem humidi: immo causa syncopis sue est effusio materie ad os stomachi. Quinto dicit ꝙ cum sumūt in potu firu pum acetosum cum aqua calida multa: vtputa si/rupi acetosi. ʒ. ij. aque. ʒ. iiij: aut circa. ita vt totus sit tepidum: aut sumāt vinū permixtus cum aqua multa qō sit similiter tepidū euomūt humores co lericos et virtus eorū est fortis: quia non syncopi/zant ꝓpter defectū spirituū: immo ꝓpter cōpas/sionem cordis ad os stomachi. Vltimo dicit ꝙ cū cibantur aliquo rob stipticorum sedātur. s. synco/pis et reliqua accidentia. Est autē rob succus per decoctionē inspissatus. Eligatur itaq; rob de ci/tonijs de piris: aut aliud simile frigidum oris sto machi confortatiuū et colere repressiuum. ¶ Mo/tandū primo ꝙ hi de quib' est hic sermo dñr infe lices a generatione. habent enī porum felleū eun tem ad os stomachi latiorem ꝙ debeat esse in na turali dispositione: et plus colere deferentē. vnde ex qualibet leui causa colerā euomunt. immo q̄dā omni die. et de his est sermo apud Ga. scō tegni. et scō o regiminis acutor̄. cōmento. xxix. Hi autez cibandi sunt parum ante paroxismū vel etiam in principio paroxismi aliquo stiptico infrigidante sicut dictum est. Nam huiusmodi sumpta aut ꝓhi bent aduentū colere ad os stomachi. aut si nō pos sunt prohibere cū hoc cibo eam facile euomunt: ꝛ sic syncopis prohibetur. Et hec cibatio multū dif fert a cibatione primorū corporum colericor̄. illi enī cum syncopizent propter debilitatē sequentez resolutionē debent cibari cū aqua carnis et vino. Est tamen melius vt aque carnis sit aliquid frigi dum stipticum admixtū vt simul subueniatur de/bilitati penviam resolutionis: et syncopi venienti ex defluxu colere ad os stomachi: sicut aliquando sibi accidit. Et similiter esset in his faciendum si sue debilitati sequenti raptū colere ad stomachū complicaretur debilitas per viā resolutionis: si/cut accidit aliquādo: et tunc etiam cibandi essent i statu: sicut priores. Primo ergo cibādi sunt ante aduētū paroxismi cū aliquo stiptico frigido ꝓhi/bente aduentū colere ad stomachum. Secundo si colera peruenit ad stomachū procuretur ei' edu/ctio cū vomitu. Tertio stomachus confortetur cū aliquo frigido stiptico.

¶ Et senes quidem et debiles et infantes sunt de genere eorum qui non tolerant fa/mem. De primis vero senib' sunt qui sunt vehementis tolerantie famis et sequuntur eos adolescentes: et proprie habentes so/lida membra amplas venas in aere frigido.

¶ Hic ponit cap̄. cibationis ꝑm etates. Et primo facit hoc. scō o docet euitare quēdam errorem. se/cunda ibi. (Et multotiens.) In prima parte dicit tria. primū ꝙ senes. s. decrepiti. et debiles sicut cō ualescētes ex morbo resolutiuo. Iterū debiles na turaliter ꝓpter humidi paucitatē et caloris īnati qui in hoc decrepitis ꝓportionantur: et infantes sunt de his qui nō tolerant famem: imo sunt cibā/di in paroxismo nimis ꝑplexo. Scō o dicit ꝙ de pri mis senibus sunt aliq̄ qui optime tolerant famē: et hi sunt q̄ habēt humidū spissum cum densitate pororū. tertio ꝙ hos senes in tolerātia famis se/quuntur adolescentes. per adolescentes intelligē do iuuenes et pueros sibi proximos qui proprie adolescentes vocantur. Nam adolescentia etiam significat iuuētutē apud Conciliatorē dīa. 124. et proprie illi adolescētes et senes primi optime tolerant famē qui habēt solida mēbra. i. densa in poris cum spissitudine humidi et amplas venas: et cū hoc plenas sanguine: nō tamen cū calore val de intenso et in aere frigido parū resoluēte. et hic est affor̄ism' prime particule. Senes facillime to lerant ieiuniū. Rasis vero. xvij. continētis ca. iiij. vnde Auicen. accipit hunc passum sicut dicit. Illi q̄ sunt debiles virtute sicut decrepiti: et multe dis/solutionis: sicut pueri nō possunt abstinere a cibo et qui plus pati possunt ieiuniū sunt senes: ꝛ post illos q̄ in vltimo iuuētutis. maxime tamen quorū corpora sunt duri tactus et pauce dissolutionis ꝛ largi pectoris: et assueti in aere frigido et regimīe grosso ante morbum. Rasis.

¶ Et multotiens quidem errat medicus in huiusmodi egrotis scōm alium modum quoniam ipse prohibet eis cibum in prin/cipio rei. et quando appropinquat status et sciunt quod cadit virtus cibāt in illa ho ra necessario. iā vero ergo errauerunt duo bus modis et si ipsi cibarent eos in princi/pio esset error ille: et ignorantia infra hunc errorem.

¶ Hic ponit quēdam canonem vt illum euitem'. scō ostendit nocumenta que accidūt ex illo cano ne. secunda ibi. (Accidit illis.) In prima parte di cit ꝙ medicus errat in cibando hos egros. scilicet febrientes scōm alium modum: preter hunc q̄ sta/tim positus est. quia non cibantur in paroxismo q̄ sunt cibandi iuxta canones statim positos. Sed hic secundus error est. quia medicus ignarus ꝓhi bet cibum in principio vniuersali: aut minuit ma gis quā oportet. Et quando appropinquat stat' vniuersalis et vident virtutem cadere coguntur tūc necessario cibare grossius quā debet. quapro pter errant duobus modis. Vnus modus: q; non cibauerunt in principio quando erat cibandum. secundo quia cibant in statu magis quā sit ciban dum: et si cibassent in principio etiam grossius ꝙ opus fuisset minor error fuisset et minor ignoran/tia. i. minus nocumentū quā cibare ipsos in statu: ꝛ non cibasse in principio. aut minus cibasse quā erat oportunū. Cibatio enī facta in statu plus no cumentū affert quā cibatio facta in principio iu/xta superius determinata.

¶ Et accidit istis egris vt accidāt eis ca/tarri nauseatiui ꝛ colerici ꝛ vigilatiui ꝓpter resolutionē ꝛ priuationē digōnis et inq̄eti fiūt et alienātur: et coartant materie et vir tutes eorū et multiplicātur ipsorū vapores quare audiūt id qō non ē et tremūt et citā tur vel saliūt et ꝓmutātur in lectis: et ima/ginātur qō nō est: et tremūt vel saliūt labia eorū inferiora ꝓp dolorē oris stōi: et contri stant aīe eor̄ ꝓpter grauitatē materiei.

¶Et oportet vt caueas in febrib' acutis casium rasure: quoniā addit in debilitate vir tutis et terretur natura a receptione super fluitatum ad intestina et ab expulsiōe earū ab eis propter victoriam superfluitatum: ꝛ fortasse redeunt superfluitates ad superio ra et ledunt hypocundria et inflant ea et le⸗ dunt caput.

¶Secundus canon. Caue in febribus acutis ca⸗ sum rasure: idest excoriationis intestinorum: quia addit in debilitate virtutis. et secūdo quia natura a receptione: idest expulsione superfluitatū ad in⸗ testina terretur: et ab expulsione earuꝫ ab eis: idest per ea: scilicet intestina. non quia superfluitates dominentur virtuti: immo quia natura timet: ne transitus superfluitatum per intestina dolorez au geat in intestinis excoriatis: sicut etiam natura ter retur a mingendo cum vesica est excoriata. Qua propter superfluitates non expulse fortasse redeūt ad superiora et retente in ventre ledunt hypocun⸗ dria et ledunt caput euaporando: aut forte ad ip⸗ sum permutate.

¶Et quandoq; est in potu papaueris iu⸗ uamentuꝫ mirabile in inspissando materiā subtilem: quare digerit in faciendo somnū.

¶Hic declarat sextum modum infrigidandi acu⸗ te febrientes cum medicinis dicens quod quan⸗ doq; est potus de papauere iuuamentum mirabi⸗ le inspissando materiam subtilem: scilicet calidā: quare digerit cum digestio in subtili sit equatio per ingrossationem: et in faciēdo somnū quo mul tum iuuantur febrientes acute: et per potum de pa⸗ pauere intellige vel sirupum vel decoctionez eius licet electuarium: sicut diacodion et similia valeāt et per hunc potum intellige alia extinguentia.

Membra infri⸗ gidāda ī febri⸗ bus acutis sūt quattuor.

¶Nota pro declaratione huiusmodi infrigidan⸗ di febrientes acute quod membra infrigidāda in febribus acutis sunt quattuor: scilicet caput cuius epithima potest esse tale. ℞. succi lactuce. olei ro⸗ sati. ana. ʒ. vnā aceti. ʒ. ij. misce. bis addere potes aquam rosatam et succum rosarum ad libituꝫ vbi magis intendas confortationi. Et ex serie textus potes comprehendere in quibus casibus sit epi⸗ thimandum caput et in quibus non. Cor potest epithimari cum boc. Recipe aque rosaruꝫ. ʒ. duas succi rosarū aque acetose ana. ʒ. vnā aceti. aque co riandri ana. ʒ. semis sandali dragmā vnā. cam⸗ phore grana quinq; croci. ℈. semis. bis potes ad⸗ dere aliquid aliud calidum sicut parum vini aro⸗ matici aut parum musci et similium. Epar autem est epithimandum cum huiusmodi. Recipe aque endiuie et aque rosarum ana. ʒ. vnā specierum ce⸗ roti sandali. dragmas duas aceti. ʒ. vnā bis po⸗ tes addere parum spice aut aliquid calidum. Re⸗ nes autem epithimantur cum infrigidante Gale⸗ ni. Potes etiam cuꝫ mucillaginis psilijs dragmis duabus aceti. ʒ. semis aq̄ rosaꝝ. ʒ. ij. facere epithi ma. et stante plenitudine nullum horum membro rum regulariter est epithimandum nisi precedēte minoratione.

¶Rememoratio accidētium que fiunt infebribus acutis. Capitulum. xl.

Loquamur itaq; in primis de ac cidentibus que vehemētia sunt in febribus: ꝛ de curatione eo⸗ rum. ꝛ festinemus ad distinguē dū febres acutas. Et hec qui⸗ dem accidētia sunt sicut rigor et frigus et horripilatio: et sicut sudor plurimus: et si⸗ cut fluxus sanguinis narium superfluus ꝛ sicut vomitus laborioſus et fluxus ventris debilitans: et sicut sitis que non toleratur et sicut profunditas somni superflua: et si⸗ cut vigilatio inseparabilis et sicut asperi⸗ tas lingue et obfuscatio oris et sicut ster⸗ nutatio continua et dolor capitis prauus et tussis frequens: et sicut casus appetitus et bolismus et sicut appetitus caninus et singultus.

¶Auicenna in parte presenti intendens ponere re gimen accidentium que frequenter fiunt in febri⸗ bus acutis ponit primo intentionem suam dicēs quod in primis vult loqui de accidentibus: deinde festinabit ad loquendum de febribus acutis: licet etiam de cronicis fit in hoc tractatu determinatu rus. omnes tamen dici possunt acute: quia morda ces respectu effimerarū et etbicarum. secundo inci pit singulariter agere de bis accidētibus ibi. (Qō est de hoc.) Et que dicit in bis partib' nota sunt.

¶Notandum quod licet regularius fuisset prius ponere regimē putridarū quā accidentiū sequen⸗ tium eas cum cura accidentis vt accidens pēdeat ex cura egritudinis que est causa eius: attamen qꝛ accidentia vehementia in febrib' sicut illa de qui⸗ bus hic acturus est frequenter curationes peruer⸗ tunt. placuit Auicenne preponere regimē horū ac cidentium regimini febriū. hec autem accidentia de quibus determinabit sunt vigintitria. licet hic non enumeret.

¶De regimine frigoris et horripilationis cum su perfluunt Capitulum. xlij.

Quod est de hoc sequens sudorē rectificatur velociter et non in⸗ diget regimine. Et cretico non oportet vt contrarium fiat per remotionem: et non est de illis que debilitant: et que faciunt aliud.

¶Hoc capitulū primū diuiditur in duas partes. in prima explicātur rigores nō vertentes ad secu⸗ ram. in secunda virtutes. secūda ibi. (Et quādoq; sedātur cum ligatione.) In prima parte dicit duo. primū. rigor sequēs sudorem rectificatur velociter et non indiget regimine: idest curatione: sc̄z nota⸗ bili. secundū rigor creticus nō debet remoueri per contrariū. Ex quo sequitur quod non indiget cura tione: cum omnis cura fiat per cōtrariū. ¶Preter⸗ ea non est de illis que debilitāt neq; faciant aliud nocumentū si crisis fit laudabilis. quare non indi⸗ get curatione. ¶Notandū primo rigorē sumptum cōiter prout conuertit̄ cum tipo aliquādo precede re sudorem aliquando sequi aliquando ei ꝓiungi Primū ptz in principijs febriū interpolatarū que cū sudore terminātur. Item etiam in rigore prece⸗ dēte crisim p sudorē. vt q̄rto affoꝛismorū. affo. lviij.

A causone

A causone habito. Secundū ptz. nam aliquando post post sudorem exalatis tam vaporibus calidis et apertis poris multotiens etiā spirittibus resolutis sequitur frigus quoddā ꝛ forte aliquis rigor qui sequens cōpletam euacuationē nō eget regimine per medicinas. per leuē enim fricationem aut pannorū calidorū applicationē remouet. Et quod rigor sequatur euacuationez collige secūda quarti. tractatu primo cap̄. de narratiōe signorum bonorum: et de hoc rigore est sermo hic. Patet etiā tertium nam aliquando tempore sudoris terretur natura in expellēdo materiā nociuā per membra sensibilia et retrabit calorē et spiritus et significatur impotentia virtutis et terror eius necnon malitia materie: et hic rigor est malus. de quo. vij. afforismoꝝ. Jn sudore rigor malū. Et aliquādo cōtingit propter vehementē resolutionē spiritus cuz debilitate virtutis ꝓtentiue sicut in sudore diaforetico cui frigus associat: et hic est pessimus. ¶ Notandum ꝙ per rigorē creticū debes intelligere rigorem antecedentez crisim cū oībus aut pluribus conditiōibus laudabilibus crisis. nam ꝑ cura buius nō est aliud faciendū iuxta afforismū. xx. prime particule. Ea quorum crisis fit aut facta est. nec ex hoc timemus virtutis debilitatē aut aliud nocumentū notabile sicut cōuersionē materie ad aliqō membrū nobile et similia. veruz aliqua calefactio cum pannis posset fieri.

Copertus. Cum autē est rigor paroxismus non antequā sudorē consequi: sicut in diez causon singulis poterimis. Jn causone nāq; rigor aduentante laborat egritudo.

¶ Et quandoq; sedatur cum ligatione extremitatū et fricatione facili et cum calefactione cooperture et cum vnctione de oleo de aneto. et de camomilla si indigetur eo.

¶ Ponit regimē rigoris vertentis ad se curā: et primo minus fortis. secundo magis fortis. scōa ibi (Jn forti aūt quādo perseuerat). Jn prima parte dicit ꝙ rigor scz debilis quādoq; sedatur cum ligatione extremitatū: scz coxarū et adiutoriorū ꝛ fricatione facili scz totius corporis et extremitatum. et tertio cum calefactione et vnctiōe cū oleo de aneto aut de camomilla si indigetur eo. quasi dicat. ꝙ aliquādo sufficiet sola ligatio et fricatio absq; vnctione. ¶ Notandū quod huiusmodi fricationes ꝛ vnctiones debent fieri dorso spine ꝛ partibus posterioribus a quibus incboāt rigores quarto afforismorū. affo. 6 2. quibuscūq; in febribus. Calefaciendo eīm et trabēdo calidū exterius sedāt rigorē.

¶ In forti autem quando perseuerat siue sit in febribus: siue sit in alijs oportet vt ligētur extremitates in locis plurimis et inunctio fiat cū oleo camomillino et radice lilij. et sunt de hoībus qui confortant illud cum eis que sunt sicut cardamomū ꝛ castoreum et ruta et schęa et calamentū et bauracb et piper et piretrū. Et quādoq; pertrāsit illud ad administrandū linimenta ex sinapi ꝛ assa nō fetida. Et quandoq; decoquūtur medicine iste in aqua: deinde coquitur in ea aliqō oleum et aqua eruce fortis est in hoc capitulo ꝑ se sola aut cū oleo aliquo qō decoquitur cū ea. ꝛ silr decoctio ozimi ꝛ aque eiꝰ Cōfectio olei boni. Sumaī anetum siccū et myrrha et ruta et calamētū ꝛ piper ꝛ piretrū et coquanī in vino decoctiōe vltima: deinde coquaī colatū in tāto q̄tū est medietas eiꝰ de oleo sisamino vsq; quo cōsumaī aq̄ et remaneat oleū ꝛ admistre ℞ vngēdo. et de oleis fortibꝰ in eis in tali qualis est rigor quarta ne est oleū de costo et oleū de schęa ꝛ oleum de abrotano et oleū de lilio et myrrha et ponantur in vncia vna olei pondus. ʒ. ij. piperis et sexta. ʒ. j. piretri tritorum. et administretur absinthium decoctum in oleo aliquo aut oleum oliue in quo decoctū est apiū. Et introitus in oleū lenis caliditatis est iuuatiuus valde: et fortasse necessarie sūt potiōes et multotiens sedatur cum aqua calida lenis caliditatis et cum incuratiōe super vaporem eius. Et quādo non sedatur per id si materia est grossa decoquanī in aqua anisum calamentū ꝛ semen apij et semē apij et mastix et eruca et anetū et similia. ꝛ balneetur in aqua in qua decocta sint ea que sunt sicut schęa et abrotanū et calamentū: ꝛ anetum et squinantus et ruta et sansucus et costus et semina calida.

¶ Nunc curat rigorē fortē. ꝛ primo magis per exterius applicita. scōo magis per interius sumpta. scōa ibi. (Et omnes medicine fortis ꝓuocatiōis) Prima pars posset diuidi in tot partes quot remedia ponit. partes patebūt. ¶ Ante oia primo notādum rigorē vertere ad se curā aliquando ꝓpter tristem sensationē vehemēter contristantē et debilitantem virtutē. Secūdo propter motum cōpresiuum ad quē resolutio ꝛ virtutis debilitatio ꝓsequitur. Tertio ꝓpter vehementē retractionē caloris ad quā potest sequi suffocatio. ¶ Secūdo notādum huiusmodi applicita locis de quibus supra conferre calefaciēdo sua actuali ꝛ potētiali caliditate et tristem sensationē remittēdo. ꝛ tertio de materia faciente rigorē resoluēdo. Primū remediū faciendum in rigore forti quādo perseuerat siue in febribus siue quando nō fuerint febres est ligatio extremitatum in locis dictis: et inunctio fricādo cū oleo de aneto camomillino et radice lilij: scilicet albi que est calida. in secūdo ꝛ rigoris sedatiua: et potest decoqui radix lilij cum oleo camomille ꝛ ipsum oleum applicari vngēdo et fricando. Secundum remediū est qō aliqui boies cōfortant oleum suprascriptū addendo cardamomū calidū: ꝛ siccū in tertio castoreū pinguedinē testiculi calidā. et sic in fine tertij aut in principio quarti. ꝛ rutam cali. ꝛ sic. in tertio silueſtris ℞o in. iiij. Schęa q̄ scōm aliquos est sticados arabicus cali. in prio. et sic. in. ij. scōm aliquos est spēs absinthij: ꝛ ꝺr sandonicuz a sandone loco gallie. Sz apud Gal. sexto de simplici medicina est abrotanū cali. in primo. sic. in scōo calamentū cali. et sic. in scōo bauracb spēs salis ꝑ qua sal nitrū ca. ꝛ sic. in tertio piper piretrū cali. ꝛ sic. in tertio. bec aut aliqua istoꝝ possunt suprascripto oleo cōmiscerī scōm suā substātiā: aut pñt poni ad decoquendū: ꝛ postea oleū colari bmōi abijciendo. Tertiū remediū q̄nq; pertransit medicꝰ ad linimenta magis calida sicut que fiūt ex sinapi calida in quarto. Jtē ex assa gummi calida in quarto sicca in secundo intelligendo de nō odorifera que est calidior odorifera. licet magis abominabilis. Jste due possunt cum aliquo liquore permiscerī in pauca quātitate ꝛ bis loca dicta inungi. Et quādoq; decoquūtur iste medicine in aqua: deinde de

coctio illa colata bulitur cum aliquo oleo vsq; ad aque cōsumptionē ⁊ administratur. Quartū remedīū est aqua de coctionis cruce calide. ⁊ sic. in scō sola aut cū aliquo oleo bulita est fortis in hoc ca. Similiter decoctio ozimi. i. basiliconis calida ⁊ sic. in scō. ⁊ aqua eius per aquā intelligēdo succū aut aquā distillatiōis. Quintū remediuz est confectio olei boni. sumanť aneti ficci rute mirre calamenti ana partē vnā. piperis piretri aū. partē mediā coquātur cū vino decoctiōe vltima ita vt borū virt⁹ ingrediať vinū: deinde vinū istud coquať in tantū olei sisaminī q̄ta est ei⁹ medietas vsq; quo consumatur aqua ⁊ administretur. ⁊ hec est fortis ⁊ solēnis. Sextū est ex oleis fortibus multū calidis cōuenientibus in rigorib⁹ fortib⁹ qualis est rigor quartane sicut est oleū de costo cal. ⁊ sic. in tertio oleum de scbea oleū de abrotano. ⁊ hic vides q; Aui. per scbeā nō intelligit abrotanū. oleū de lilio oleū de mirra. Septimum ponantur in. ſ. ʒ. olei tres. ʒ. piperis. ⁊ sexta. ʒ. vnius piretri tritorū ⁊c. Octauum administretur absintbiū decoctū in aliquo oleo sicut oleū olive in quo decoctū sit apiū. Nonum infrotus in oleū aliquod pauce caliditatis est iuuatiuus valde si ponatur in eo ſm totū corpus preterq; ſm caput. Et fortasse bis non sufficientibus sunt necessarie potiōes de quibus infra. Decimū quandoq; sedatur cū aqua parū calida scilicet incuruādo dorsum super vaporem eius. Undecimū quando non sedatur per illud ⁊ materia est grossa decoquatur in aqua anisum ⁊ calamētum ⁊ semen apij ⁊ mastix ⁊ eruca ⁊ anetum ⁊ similia. ⁊ recipiat vapoꝛez. vt supra. Duodecimū balneetur in aqua in qua decocta sunt scbea abrotanum calamentuz anetum squinantum ruta sansucus idest maiorana costus ⁊ semina calida.

¶ Et omnes medicine fortis prouocationis sedant rigorem. Et de medicinis sedātibus rigorē maximū in quartana ⁊ similib⁹ sibi est vt bibatur de costo aurei. ſ. cū aqua calida et de agarico q̄tum de ipso in aqua calida. Et in agarico est iuuamentū. et quādoq; ponit cum eo parū opij. quoniā facit dormire ⁊ facit sudare et prohibet vehemētiam rigoris et alia. et iterū ꝓreos quātitas auř. ſ. in aqua calida.

¶ In parte presenti Aui. curat rigorē per sumpta interius. ⁊ primo per medicinas ⁊ cibos alteratiuos. in scōa per medicinas solutiuas. scōa fere in fine capituli ibi. (Et solutio ventris) prima in tot partes quot sunt medicine. partes patebunt. Prima est. omnes medicine fortis prouocationis scilicet sudoris sedāt rigorē. oēs nāq; sunt calide. ⁊ sic sua caliditate sedant ipsum. ¶ Preterea educendo per sudorē sedāt ipsum. sicut tyriaca metridatū et similia cū vino potenti sumpta. Scōa medicina q̄ sedat rigorē maximuz sicut in quartana est butusmodi. ℞. costi aureum vnū puluerizetur et sumať cū aqua calida scō. ℞. agarici intellige preparati suis correctiuis aureū vnū ⁊ sumatur distēperatus cum aqua cal. iuuat enim agaricus in rigore. Tertia medicina quandoq; ponitur cum agarico parum opij ⁊ iuuat faciendo dormire faciendo sudare. ⁊ prohibet vehemētiā rigoris ⁊ alia accidentia vehemētia. accidentia. ſ. sequentia rigorē sicut syncopis ⁊ similia. ⁊ ad intellectum Aui. debet accipi agarici aureū vnum. opij vnum aut duo grana. possemus etiam bas medicinas scilicet agaricuz



opium et costuz simul cōmiscere et totum exhibere vna vice per horam aut circa. ante paroxismū ⁊ melius est vt sint distemperata aut cum aliquo liquore calido saltem actu. hec enī medicina iuuat calefaciendo ⁊ subtiliādo materiaz. Iuuat scō de per accidens sopiendo sensum. tertio prouocādo somnum. quarto prouocādo sudorē: sed prouocatio sudoris partim est de p se per medicinas calidas subtiliātes. partim de per accidēs inducendo somnū qui facit sudare. Et hec medicina: q; tarde euacuationis et efficitur etiam tardior per opium nō euacuabit: nisi post viginti horas aut circa quādo iam paroxismus erit finitus ⁊ euacuabit materiā grossam ficut melācoliam. et similes quas forte nō euacuasset si nō fuisset sumpta ante paroxismum cum ante paroxismū materia incipiat agitari et cōmoueri. et cum est in motu facilius potest educi quam si nō cōmoueretur. propterea forte melius esset qō bec medicina per duas horas aut maius tempus exhiberetur ante paroxismū vt iam sit actuata dū mouetur causa antecedens pro paroxismo. Et ex bis facile soluuntur multe instantie pauci momēti quas doctores adducunt pro declaratione but⁹ tertius. Quarta medicina est aureus vnus yreos in aqua calida. Est aūt yreos radix lilij celestis cali. et sic. in fine tertij et solutiua. Et credo q; esset melius hoc exhibere ante paroxismum per notabile tempus vt esset completa eius solutio. veruz eius oleum applicitum sedat notabiliter frigus et rigorem.

¶ Et de cōpositis est tyriaca diatesseron et electuaria alia. et diaciminū et diacalamentum. et diapipereon. et syrupus de melle in quo feruent ficut assa. ruta. et piretruz et piper. Pillule experte que dantur in potu ante rigorē per horam vnam infirmo erecto vel stante super lectuz suum vel scamnū suum: et aere eius calefacto cum igne et cooperimēto quoniam temperant ipsum aut prohibent: quarum cōfectio. Recipe horacis. myrrhe. opij. oppoponaci. omnium ana partem. j. conficiātur cuz butyro: ⁊ sit dosis eius quantitas fabe: et iterū sumantur oppoponaci. castorei. dauci. asse. piretri. opij. ana partes equales fiat sicut primo fit. Descriptio bona. Recipe oppoponaci. serapini. amidē. et cimini carmeni: et seminis apij et piperis ana aur. j. ℈. seminis iusquiami albi. croci. aristologie. castorei. euforbij. myrrhe. ameos zinziberis omniuz ana pondus tertie. ʒ. j. seminis armel. piretri omnū ana aur. j. conficiantur cum melle: et dosis eius sit auellana cum aqua calida valde.

¶ Describit medicinas compositas valentes in rigore. Ex quo infert q; medicine supascripte fuerunt plures et non vna sola. scilicet costus agaricus ⁊c. Prima medicina cōposita est tyriaca diatesseron id est de quatuor rebus. Item diaciminū diacalamentum. Item diapipereon que omnia sunt calida circa tertium gradum. Et syrupus de melle in quo feruent ficut ruta assa piretrū et pip id est aqua mellis in qua butusmodi sint bulita et colata post horum bulitiones. Pillule ex parte bedantur infirmo erecto siue iaceat in lecto siue sup

scamno

ſcamno ad experiendū an ſit fortis potens tolera/re buiuſmodi opiata:et etiam vt melius poſſit de glutire ⁊ debet eſſe in camera calida aut in pānis circūdatus vt nō frigeat.℞.myrre opij oppopo/naci omniū ana partem vnam conficiātur cū bu/tiro:⁊ fit dosis vt quātitas fabe.Do tibi ſanū con ſilium quando incipis alicui exhibere medicinas opiatas nō trāſcendas ſup duo grana opij. Sunt enim quidam qui facile patiuntur ab opio. quidā non.intra quos difficile eſt diſtinguere niſi per ex/perientiā.Quomodo aūt buiuſmodi opiata cōfe/rant in rigore patere poteſt ex dictis.Et due medi cine ſequētes ſedant rigorem:tum calefactēdo et ſubtiliando per medicinas calidas:tum ſtupefa/ciendo.nam in prima ſequente ponitur opium in ſecunda ſemē ſuſquiami albi:quod tamen minus ſtupefacit quā opium . Solum ſupereſt vt aliqua declarentur. oppoponacū dictum eſt ab opos qō eſt gummi vel lachryma et ponax vel ponacus ber ba.ſic ſumitur vt ſumit̄ a Plinio.12. naturalis hi/ſtorie.et eſt calidum et ſiccū in tertio Amiden eſt ſi ſeleos.xiij.tertij tractatu quarto capitulo de cura aſclitis ī fine:aut eſt berba de qua fit aſſa.⁊ eſt val de calida.Ariſtologia capiens nomen ab inuento re qui ſeminando inuenit. vt ponit Tullius primo de diuinatione diſtinguens in longam ⁊ rotundā ſic differētes ſcōm folia et radices: quarum vtraq̄ eſt notabiliter calida:ſed lōga calidior. de vtraq̄ poteſt intelligi.Armel eſt ſpecies rute et non ſilue/ſtris vt voluerunt quidam:vt patet per Auicen.vj. quarti capitulo de cura morſus viperarū.

¶Et fortaſſe eſt neceſſariuz in eo vt detur in potu vinum calefactuz et cibi calefacti.

¶In parte iſta ponit quod cibi et potus debēt da ri actualiter calidi:et melius eſt etiam vt ſint potē tia tales ſiue dentur in rigore ſicut aliquando eſt neceſſarium deficiente virtute ſiue ante rigorem.

¶Et ſolutio ventris cuz eis que ſunt ſicut yera et diacitoniten et diafinicon:imo qñ eſt rigor prauus et proprie in febre dentur in potu pillule fetide: quoniam ipſe ſunt ſa nitas eius.

¶Curat rigorem cum ſolutiuis concedens yeram ſcilicet ſimplicem diacitoniten et diafinicon: qua rum deſcriptiones vide a Meſue in ſuo antidota rio:et ab Aui.quinto canone: immo quando rigor eſt prauus:quia fortis et longus et proprie ſine fe bribus dantur in potu pillule fetide:quoniam ſa/nant.quarum deſcriptiones vide nono Almanſo/ris.capitulo de paraleſi.et dicuntur fetide:quia fe tidos educūt humores:et conueniunt cum non eſt feb.aut pauca febris:quia ſunt notabiliter calide. Notant hic doctores ſolutiua non eſſe exhibenda ita vt operent̄ tempore paroxiſmi niſi materia ex/iſtente in vijs ductuū aut ſibi prima in pauca quā titate: quod credo eſſe verū precipue: quando bu/iuſmodi medicine ſunt violente ſicut ſunt que hic deſcripte ſunt preter yeram. Cura rigoris ſex req̄/rit intentiones.Prima eſt regimen ſex rerum pro/prie in aere qui debet eſſe calidus.ſimiliter cibi et potus in rigore pendente a materia calida debent eſſe actualiter calidi.Secunda intentio eſt mino/ratio humorum cum vomitu cum plurimum de ea materia expellatur eo tempore ad ſtomachuz: ſed ante rigorem per notabile tempus puta die precedenti cum medicinis ſolutiuis:ſcilicet yera ſimpli ci diafini.diacitoniten.pillulis fetidis.reubarba/ro.aloe et ſimilibus ſecundū exigentiam materie

Tertia intentio eſt remittere acuitatem et ſubtili/tatem materie.et etiaz ſubtiliare groſſam. Primū perficitur cum ingroſſantibus et mulcentibus vt aquis et ſyrupis. Secundum cum ſubtiliantibus abſtergentibus et incidētib⁹ ex eiſdem:et iſta ſunt exhibenda tempore digeſtionis materie que ſtat ſub forma cauſe antecedentis . et ſic per duas bo/ras ante paroxiſmum ratione materie coniuncte paroxiſmi.Quarta eſt reddere materiaz non ita ve lociter mobilē ſuper membra ſenſibilia que com/pletur per quietem corporis aut per frigida inſpiſ ſantia.Quinta intentio eſt obtūdere ſenſum ne p/ter ſenſus acuitatem valde debilitetur eger et aug mentetur concuſſio que completur per prouocan/tia ſomnum.Sexta intentio eſt partium exterior̄ calefactio et proprie dorſi et extremorū.que cōple tur cum fricatione cum pannis calidis et calidor̄ exterius applicatiōe que multiplicia poſſunt eſſe Item cum cibis et electuarijs et aquis in preſenti capitulo deſcriptis.de quibus ſunt tyriaca. metri datum.diamuſcum.et ſimilia. et proprie in mate/rijs frigidis ſumpta cū pauco vini potentis ⁊ etiā cum bis que exterius applicantur.Deſcriptio con uenientis.℞. olei anetini.ʒ.j.℈. ſucci artbemiſie.ʒ. iij.buliant ſimul ad conſumptionem ſucci.⁊ adda tur croci ſubtiliter puluerizati.ʒ.j. cere quantum ſufficit. fiat vnctio cum aqua debite calida vnga/tur dorſum ante rigorem et in rigore. Aqua vitis applicata dorſo et extremis eſt efficax.

¶Regimen ſudoris in febribus. Cap.xiij.

Oportet ne ſudor creticus quan/tum poſſibile eſt reſtringatur.

¶In preſenti capitulo Auicenna po nit regimen ſudoris. primo cretici nō ſuperfluentis. ſecundo cretici et non cretici ſuperfluentis.ibi ſecunda (Cum autem fue rit neceſſitas)dicit primo creticum ſudorem quan tum eſt poſſibile non eſſe reſtringendum . patet quia natura in criſi perfecta non eſt impedienda. prima aphoriſmorum.apho.xx.ſi tamen in ſudore vir tus preter modum debilitaret̄:tunc conuenit illuz reſtringere.

¶Cum autem fuerit neceſſitas et pertran ſit terminum. tunc oportet vt euacuetur et infrigidetur locus .Si autem non excuſat: tunc ſuper inſtrumentum poſitus quo pue ri vel iuuenes ſolent in aere concuti cōmo/ueātur in loco frigido.

¶Hunc Auicenna facit quod dictum eſt. et habet quinq̄ partes.tres prime partes regunt ſudoreʒ parando aerem. ſecundo in tali regimine abſter/ſionem ſudoris docet euitare.tertio ponit quedaz remedia exterius applicanda.ſecunda ibi.(Et nō oportet vt intendat.)tertia ibi(Et oportet) Dicit primo quod cum neceſſitas eſt ſtringendi ſudorem ſuperfluentem oportet euentare et infrigidare lo/cum et ſupple etiam ſudantem. quo remedio non ſufficiente ponatur ſuper inſtrumento quo ſolent pueri in aere concuti et ſe cōmouere. ¶Pro cuius declaratione notandum quod debent primo di/ſcooperiri vt vapores retenti ſub pannis exalent ſimul cum aere calefacto circūdante. ſecundo boc non ſufficiente debent aliqualiter flabellari ſiue euentari:vt flabellatio illa impellendo vapores a ſuperficie corporis propter aerem impetuoſe mo tum in corpus ſudantis infrigidet ipſum et poros opilet.ſemper enim a corpore noſtro exalant va/pores calidi qui circa corpus retenti ipſum calefa

Galenus ſepti ma amphoriſ/morum. Sudor multus frigid⁹ Calidus ſemp fluens: frigid⁹ matoreʒ:calid⁹ minorē egritu/dinē ſignificat Cauſa vero ſu/doris multitu/do eſt in corpi/b⁹ collecte bu/miditatis que hic p̄cipitur ex pelli ſuperius cūvomitu a cor pore forti:infe/ri⁹ cū pharma/cia a debili. qō dignū eſt repre bendi.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ciunt et poros aperientes amplius sudare faciunt quinta probleumatū. probleumate. decimosexto quare quiescentes immoti sub radijs solis magis calefiunt. ventilatio itaq; isto modo et cōmotio super notato puerorū instrumento.

¶Et non oportet vt occupetur in exiccando illud quod rorando egreditur faciendo exiccationem post exiccationem. nam illud est occasio ad illud prouocandum et multiplicandum. et fortasse attrahit syncopim. Nam eius absterssio addit in ipsum et eius dimissio restringit ipsum.

¶Nunc facit quod dictum est dicens non oportere occupari in exiccando illud quod in modum roris egreditur per poros cutis faciendo exiccationem post exiccationē. nam huiusmodi exiccatio est causa prouocandi et multiplicandi ipsum: ꝛ fortasse attrahit syncopim: scz multiplicatio ipsius spiritibus preter modum resolutis. absterssio enim sudoris auget ipsum et dimissio eius restringit ipm. Absterssio nanq; sudoris est causa cur alius sequatur ne detur vacuum. sed dimissio restringit: quia ipse dimissus circa pororum orificia inuiscatur et ingrossatur. nam cum sapiat naturam aque redit in ipsam ab extrinseco: et sic infrigidatur et ingrossatur: ad quā infrigidationē et ingrossationem adiuuat frigiditas cutis et cōtinentis. et hec est sententia Aristo. ij. probleumatum probleumate. xiij.

¶Et oport et vt iungat eum cum oleo rosato forti et oleo myrtino. Aut cum oleo de salicibus et cum oleo de balaustijs.

¶Nunc Auicenna ponit remedia. et primo sudore non existente multum vehementi. secundo ipso existente valde vehementi. secunda ibi (Et cum res fit vehemens) In prima parte ponit tria remedia Primū remedium est vt vngat cum oleo rosato forti: scz ad restringendum: quia oleum scilicet factuz ex oliuis immaturis: quia nonduz apertis ꝛ si sint siluestres et albe sunt stipticiores quam domestice et mature. Et cum oleo myrtino. scilicet similis virtutis: aut de salicib⁹ quod est frigidius: non tamen magis stipticum: aut de balaustijs: idest caducis granatorum que sunt capita ipsorum: et hoc fortius constringit ipsis suprascriptis. singula eſſ horum sunt ipsius constrictiua et eius omnia simul mixta.

¶Aut fiat oleum cum aquis in quibus decoquuntur citonia pontica et mala pontica et rose ꝛ balaustie et hzarabe contritū sicut puluis qui apparet in radio solis et similia quoniam restringit et quandocunq; restringit: acetum mixtum aqua et succus agreste et decoctio balaustiaruz ꝛ decoctio gallarum et decoctio myrti et succus salicis est mirabilis et aqua semperuiue. Et cum res fit vehemens liniatur cum mucillaginibus frigidis et cum gummi et proprie cum emplastratur his duobus et euentatur. Et quando vehemens fit res oportet vt ponatur nix super extrema et sola sint in ea extrema. aut balneetur cum aqua frigida si suffert eam.

¶Ponit regimen secundum. et est oleum factum hoc modo. accipiatur aqua decoctionis citoniorū et malorum ponticorum que magis constringunt quam citonia cum sint magis frigida et magis de partibus terreis participantia quam ipsa. et rosarum: scilicet siccarum et balaustiarum ꝛ hzara; be contrite sicut puluis qui apparet in radio solis et similium que aqua postea debet bulire cum oleo aliquo viputa oliuarum onfanzino vsq; ad aque consumptionem. est enim efficax hoc. ꝛ aqua aspersa super corp⁹ egri aut epithimata est valde constrictiua. nam hec sunt frigida et stiptica. hzara be autem quasi trahens paleas interpretatur: et quandoq; restringit scilicet sudorem aceto mixtū. Item succus agreste et decoctio balaustiarum. et decoctio gallarum et decoctio mirti et decoctio foliorum salicum: et aqua semperuiue. scilicet decoctionis expressionis aut distillationis. est enim valde frigida. Et cum res: idest sudor fit vehemens liniatur corpus cum mucillaginibus frigidis sicut psilij aut cum gummi arabico vt inuiscentur in superficie corporis vt sudor non possit exire. Hec enim fortiter stringunt coadiuuante euentatione. et quando vehemens fit res: quia alia non confe; runt ponatur nix super extrema et sola sint in eaꝫ ni ue extrema non residuum corporis ne forte congelaretur: aut balneetur in aqua frigida si sustinet eā Dicit tamen Gentilis se curasse sudorem cuiusdam domine cum rosata nouella descriptione Nicolai in suo antidotario quam dicit conuenire in sudoribus diaforeticis et datur mane et meridie cum aqua frigida credo quod sufficeret. ℨ. semis. Notandum quod intentio Auicen. est restringere sudorem sequentem subtilitatem materie dilatationem pororum debilitatem contentiue et irritationem expulsiue maxime quando timetur casus virtutis. Pro cuius constrictione sunt be intentiones. prima constringit poros. secunda ingrossat materiam. tertia confortat contentiuam. membrorum ꝛ remittit acuitatem expulsiue eorum. quarta diuerit materiam maxime a circunferentia ad centrum. quinta ordinat debitum regimen maxime cibos et potus inspissantes materiam sudoralem ꝛ vi: tutem fouentes que intentiōes quibus debeāt compleri satis bene patere potest.

¶Regimen fluxus narium superflui. Cap. xiiij.

Oportet vt non properetur ad prohibendum illum qui creticus est quantum possibile est.

¶Hoc capitulum habet duas partes. In prima parte premittit fluxuz sanguinis narium non restringendum. secūdo docet regere restringendum. secunda: ibi. (Cum autē est necesse). In prima parte dicit nō oportere properare ad restringendum fluxum sanguinis narū creticum quantum possibile est nisi superfluat et debilitet virtutem.

¶Cum autem est necesse prohibere fluxū sanguinis narium in febribus acutis: tunc liga extrema et pone ventosas super latus quod sequitur latus fluxus sanguinis narium: deinde consequenter adhibe regimē illius loci. fortasse enim possibile erit tibi vt infrigides et restringatur per illud et ante ponas ventosas desuper et distilla in nasuz aliquas distillationes predictas in capitulo fluxus sanguinis nariuz. Et cum non est prohibens

Sophista Alexādrin⁹. vij. epidimiarū. Qui in egritudinibus superuenit fluxus sanguinis per nares siquidē moderatus fiat: placet nobis: si vero immoderatus opz nos sistere ꝛ restringere: et mirotiēs absq; arte fluxus sanguinis soluit sinthomata superuenientia: sinthom a enim li potbomia fuit sed qñ dico li potbomiā non dico imoderatam vel a forefim

naturalis calo
ris sed modera
ti liportbomiã
ficat ad aptio/
ne. Multotiẽs
cũ ille qui pa/
titur fluxũ san
guis ex naribꝫ
videsanguinẽ
multũ exire p/
turbatus est:et
corruptuit dein
de frigidꝫ factꝫ
est naturalis ca
lor et reductus
est sanguis: et
sic constrictꝫ est
fluxus sangui/
nis.

prohibẽs aliquod infrigida caput cum in/frigidantibus predictis in eo.

¶Hunc facit quod dictum est.et primo regit fluxũ sanguinis in febribus acutis .secunda specialiter in quartana.secũda ibi(Et quandoqꝫ aduenit)In prima parte pro ostringendo sanguinẽ ponit tria remedia.primũ est ligatio extremorũ: scilicet adiutoriorum supra cubitos per duos digitos: ⁊ similiter coxarum supra genua tantundem. necnon testilorum ad diuertendum. Secunduꝫ remediũ est positio ventosarũ si fluat ex nare dextra super regiõe splenis sine sacrificatiõe ad retinendũ sanguinez ibidem aut ad diuertendũ. Tertium remedium est regimen loci per quem fluit sanguis scilicet nasi. frontis.temporum colli.et partium propinquarũ nam fortasse erit possibile vt per infrigidationem supple et constrictionem illarum partium restringatur absqꝫ positione ventosarum super regione splenis aut epatis. Aliter et non ponas ventosas super partibus superioribꝰ: scz naso propinquis ne sanguis trabatur ad superiora:et distilla in nasum aliquas distillatiões predictas:scz quinta tertij cap̃.de cura fluxus sanguis narium. Et cum nõ est aliquid probibens:scilicet catarrus aut nimia repletio infrigida caput cum infrigidantibus dictis in capitulo de cura fluxus sanguis narium.

¶Et quandoqꝫ aduenit patientibꝰ quartanam fluxus sanguinis nariũ. quare oportet vt iuues cum facientibus fluere sanguinem ex naribus scitis.in ipso enim est sanatio quartane. Si vero superfluitatem timuerimus faciemꝰ sicut illud qõ fecimus.

¶Hic fluxum sanguinis narium regit in quarta/na dicens quod oportet vt iuues cum facientibus fluere ipsum ex naribus que sunt scita. quinta tertij.scilicet constringendo gulam ponendo digitos in naribus aut setas porcinas aut berbaz dictam poligonium. Nam per fluxum ipsius sanat quartana maxime pendens a melãcolia genita per adustionem sanguinis. si tamen timueris ne superfluat constringe vt dictum est. Cura sanguinis narium exigit quinqꝫ intentiões. Prima est remotio cause fluxus que multiplex esse potest. scilicet nimia aquositas:aut nimia colera sanguine permixta:aut superflua caliditas sicut in febribus acutis:aut debilitas contentiue:aut irritatio virtutis expulsiue.secunda intentio est diuersio cum euacuatione aut fine. Tertia fluxus interceptio cum bis que applicantur collo timporibus aut fronti. Quarta orificiorum venarum que ad nares terminantur constrictio:scilicet cum bis que naribus instillantur aut insufflantur aut in forma stuellorum imponuntur.et boc absqꝫ aliꝫs secundũ plurimuz est sufficiens . Quinta est regimen sex rerum nõ naturalium per que sanguis inspissetur et secundum plurimum infrigidetur et fiat ineptus fluxui ⁊ contentiua membrorum fortificetur. Et pro complendo quartam intentionem infunde aliquem puluerem sicut trociscos de terra sigillata:aut de lizarabe:aut bolum armenicum .sanguinẽ draconis in albumine oui.⁊ bene concute:deinde fac stuellum satis grossum ex cotto aut tela aranea aut pilis leporis et infunde in albumine illo et naribus impone quem diu retineat et non violenter extrabatur.boc enim scõm plurimũ sufficit:immo stuellus infusus in solo albumine oui est sufficiẽs secundũ plurimum. Et quia cura fluxus sanguinis nariuz cum est continuus celeritate indiget:sunt be omnes intentiões aut plures ex bis quã cito ꝓficiende cum remedijs opportunis.

¶Regimen vomitus qui accidit eis .Cap.xv.

CReticus iterum non abscindatur nisi apud necessarium.

¶In boc capitulo Auicenna ponit regimen vomitus .et primo cretici non restringendi.secundo restringẽdi cretici vel non cretici.secunda ibi.(Et secũduz plurimũ)Dicit primo non esse restringendum creticum nisi sit necessariũ.scilicet quia superfluens ⁊ deijciens virtutem: et quia non euacuat quale est euacuandum.

¶Et secundum plurimum abscindatur in eis ꝓ vomitũ et per adiutorium eius quo extrabitur bumor nociuus sicut est syrupus acetosus et aqua calida. Et quãdoqꝫ est necessarium vt confortetur virtus. quare ponatur loco syrupi acetosi puri syrupus acetosus cum seminibus.

¶Hunc facit quod dictum est:et cõtinet duas partes.nam primo in generali docet regere vomitum Secundo magis in speciali.scõa ibi (Et si bumor imbibitus)Dicit primo vomitũ scõz plurimũ abscindi per vomitum et per adiutoriũ quo euacuatur bumor nociuus sicut per syrupũ acetosum cum aqua calida:quandoqꝫ tamen necesse est dare regimen fortius vt syrupum acetosum cum seminibus loco syrupi acetosi simplicis. ¶Pro qua parte notandum quod vomitu valde debilitante ⁊ corpore valde inepto ad vomituz et suspecto per illum ad fracturam vene nõ debemus si possumus alitervomitum vomitu curare.in aliꝫ autem casibus vomitus est vomitu curandus maxime materia ad superiora leuigante.que sententia colligitur decimasexta tertij de cura colerice passionis. ¶Notandũ secundo quod vt facilior fiat vomitus ꝓparádum esse bumorem vomitu cum syrupo acetoso zucbarino materia existẽte calida ⁊ cum oximelle simplici ipsa existẽte frigida et grossiori.ipsa vero existente frigidiori et grossiori cum syrupo acetoso cõposito cum seminibꝰ.scilicet calidis subtiliatiuis materierum sicut cum anisso feniculo et similibus. Est autem bmõi syrupꝰ acetosus cõpositus duplex. ¶Quidã cum zucbaro factus et dicitur apud nos syrupus acetosus. Quidã cum melle et dicitur oximel compositum:quod conuenit adbuc materia existente grossiori. Oximel vero squillitic cum conuenit materia existente frigidissima ⁊ grossissima. bi autez syrupi miscendi sunt cum aqua calida: idest tepida. Omnia enim tepida exoluũt robur stomachi.post cuius tepidi sumptionem per boram procuret vomitum exquisitum satis cum impositione digiti aut pẽne in gutture.

¶Et si bumor est imbibitus ⁊ grossius.tũc oportet vt fiat solutio in dando in potu qõ est sicut aloes et yera. Et quando nõ est imbibitus fortasse confert yera et aloes.

¶Hunc specialem ponit vomitus curam. Et continet partes tres. Nam primo ponit regimẽ vomitus secundũ diuersitatẽ substantie et situs bumoꝝ secundo ponit curam vomitus colerici. tertio ponit regimen vomitus melancolici.secũda ibi.(Et quando assiduauerit vomitus).tertia ibi(.Ad vomitum quidẽ colere nigre )prima in tres. nam pri

mo docet regere vomitū bumore existēte imbibito grosso.secundo nō existente ibibito. tertio existente imbibito nō grosso.scōa ibi(.Et quādo non est imbibitus.)tertia ibi.(Et si est ibibitus nō grossus).Dicit primo q bumore existente imbibito in stomacbo et grosso oportet soluere ventrē cuz aloe et yera.Et dicit in secunda parte qō qñ non est imbibit⁹ fortasse confert yera et aloes. ¶ Pro prima parte notandum quod bumor existēs in stomacbo quandoq; est imbibitus: idest intus bibitus et in porositatibus concluſus:quandoq; est inuiſcatus quandoq; natās:quandoq; apostemans.Imbibitus est duplex.subtilis et grossus. licet subtilis. sit magis aptus imbibi. et vterq; potest esse ex qualuncq; specie bumorū. ¶ Pro remouēdo ergo grossum siue imbibitum siue non.docet exhibere yeraz pigram:scilicet simplicem Gallique dicta est yera quasi sacra et pigra amara:et fit ex octo rebus inter quas nibil est solutiuū nisi aloes.Aloes autem quandoq; ponitur duplus ad reliqua et est magis soluttua.et banc vocant Aloem et yeram. Aliquādo ponitur in dosi equali reliquis septem: et banc vocant yeram et aloem. Dosis yere pigre in qua aloes ē duplus ad reliqua fine melle est a.z.℈.vsq; ad duas.In forma electuarij cum melle est.ʒ.ſ.et boc magis confert quando bumor est imbibitus. Aut aliter per aloem et yeram intelligam⁹ aloem qui de nouo misceatur cum yera pigra aloe dominante sicut.℞.aloes.ʒ.ſ.yere pigre.ʒ.℈.misce.et exhibeatur in forma pilurarum. vel distemperētur cum aqua zucbarata et bibantur. Econtra vero per yeram et aloem intelligimus yeram dominari aloe.vt.℞.yere p.ʒ.ſ.aloes.ʒ.℈. et exhibeātur: vt supra.Et forte per yeram et aloem intellexit duas medicinas distincte:quarum quelibet buic propositio deseruit.

¶ Et si est imbibitus non grossus mūdat ipsum syrupus acetosus cum aqua calida: deinde equat ipsum post illud aqua granatorum que bibatur. Quod si euomuerit eaz bibat ipsam vice alia donec equetur et quiescat:et similiter syrupus de menta cum granis granatorū.Et fortasse sedat ipsum infrigidatio stomaci.

¶ Facit quod dictum est et continet partes duas. Nam primo ponit; tria remedia facienda quādo bumor est imbibitus non grossus.secūdo quoddā regimē euitare docet.scōa ibi.(Et non oportet vt approximet).Primum remedium mundās bumorem imbibitum non grossum est syrupus acetosus cum aqua calida.Digerit enim ipsum ingrossando et abstergit ipsum a stomacbo et sua punctiōe incitat ad vomituz post quem facto vomitu aqua granatorum bibita equat ipsum scilicet stomacbū temperando eius caliditatem:quam si vomuerit bibat alia vice donec equetur: scilicet stomacbus ee vomitus quietetur.Secundum remedium est syrupus de menta cum granis granatorum. confert enim in dicto vomitu.Tertium fortasse infrigidatio stomacbi sedat ipsum non solum perficienda cum interius sumptis:red etiam cum exterius applicitis ita vt aliquando oporteat esse actu et potentia frigidum sicut in colerica passione precipit Rasis nono Almansoris. Hec autem administranda sunt bumore iam educto. ¶ Et nota quod est bonum in vomitu vebementi et proprie ab bumore calido primo lauare stomacbum cum aqua calida aut ordei in multa quantitate: deinde approximare remedia cōstringentia interius et exterius actu et potentia frigida.

¶ Et non oportet vt approximet reb⁹ ponticis et sedantibus vomitum cum ponticitate sua et acetositate sua stiptica ille qui vomit propter bumorem imbibitum. quia est malum et addit imbibitioni sed non imbibito fortasse faciēt eum deijcere deorsuz: q̄uis sit grossius et fortasse iuuabūt vtutez stomachi ad expellēdū eum per superiora.

¶ In presenti parte docet euitare quoddā regimē dicens.Non oportet ilum qui vomit propter bumorem imbibitum approximare rebus constringentibus vomitum sua ponticitate et stipticitate. Nam bec faciunt bumorem magis imbibi.bumore vero non existente imbibito fortasse conferunt. Nam si bumor fit grossus fortasse stomacbus con fortatus eijciet eum per inferius.Si vero subtilis fortasse eijciet eum cum vomitu. tutius tamen est vt credo primo mundificare stomacbū ab bumoribus in eo contentis per superius aut inferius siue sint imbibiti siue non. postea buiusmodi confortantia administrare tam interius quā exterius.

¶ Et quādo assiduauerit vomitus de⁊ colera et nō fuerit de genere imbibiti.tunc vtere stipticis:et ꝓprie emplastris iuuātib⁹ factis ex corticibus granatorū ⁊ gallis ⁊ his silib⁹ cū vino permixto aut aceto permixto.

¶ In presenti parte curat vomitū colericū quādo nō fuerit bumor imbibitus.dicens quod tu debes vti stipticis et proprie emplastris factis ex cortícibus granatorum et gallis et similibus cumvino aut aceto mixtis.

¶ Et ad vomitū q̄dē colere,nigre supfluū submergatur spongia in aceto et ponatur sup stomachū.Qō si necessariū fuerit aliqd fortius:administra medicinas predictas in capitulo retentionis vomitus.

¶ Hunc curat vomitū melancolicū dicēs:q̄ vomitui colere nigre superflue confert spōgia infusa in aceto et bene exp̄ssa stomacbo applicita. Ultimo dicit q̄ in efficacioribus pro restringendo vomitū erit recurrere ad medicinas dictas in capitulo de restrictione vomitus dictas.xiij.tertij. ¶ Notādū quod buiusmodi spongia in aceto infusa confert stomacbū quadam stipticitate cōfortando.⁊ si fuerit melācolia adusta ꝓfert infrigidādo ⁊ incidendo ⁊ stomacbū ꝓfortādo.Sed si cū aceto bulierit menta et similia cōfert etiaz calefaciēdo. Cura vomitus sex exigit intētiones.Pria remouet causam siue fuerit primitiua sicut regimē sex rerū nō naturaliū faciens vomere.siue fuerit corporea sicut oppilationes apostemata vlcera et similia i stomacbo existentia:aut in membro sibi cōmunicāte. Alia diuertit bumores ad stomacbū fluxuros. Tertia mūdificat stomacbū a superfluitatibus in eo existentibus ad vomitū incitantibus.Quarta vias ⁊ ductus constringit per que ad stomacbū defertur bumor ipsum stomacbū confortādo ne recipiat et vt debite suas operationes perficiat. Quinta corrigit accidentia.Sexta ordinat debitum regimē sex rerū.Et ex dictis in textu potes elicere auxilia;plures barum intentionū perficientia.

¶ Regimē fluxus vētris qui accidit eis. Cap̄.xvj.

Jam singulariter

AM singulariter in capitulo fluxus ventris locuti sumus in hac intentione ergo redeamus ad illud. Et de illis que conferūt ex via ciborum sunt almes torrefacti ⁊ lentes torrefacte et coriādrum: quodcūqꝫ horum duorū fuerit elixetur et fundatur aqua abeo et proprie quando fit acetosum cū granis granatorum: qm̄ est bonum.

¶ Dic Auic. ponēs fluxū ventris q̄ accidit febrīb⁹ duo facit. Primo pro sufficiēti regimine fluxus vētris remittit nos ad decimāsextā ẗij. d. se locutū fuisse ibidē singulariter quātū est opportunū in hac intentione. i. in regimine fluxus ventris sequentis febrem. scō hic breuiter se expedīēs ponit quosdā cibos cōuenientes in fluxu sequēte febrem dicēs ꝙ de illis q̄ conferūt via cibi sunt sicut almes torrefacti et lentes torrefacte et coriandrum sīr torrefactū. Hōcūqꝫ horū duorū. s. almes et lentiū postq̄ torrefactū est debet ṗmo elixari et abīci prima decoctio: deinde debēt bulire quousqꝫ decocta fint et debent fieri acetosa cū granis granatorū. s. exprimēdo succū ab eis. et hmōi condiendo. Almes autē sunt robilie. Coriandrū preparatū cū aceto et torrefactū est singulare in fluxu ventris et ꝑprie ad retinendū cibum in stomacho. Hec autē cū frigida sint et stiptica conferunt in fluxu sequente febre. Intētiōes habēde in cura fluxus ventris sunt sex. Prima remotio cause fluxus quecūqꝫ fuerit aut primitiua: aut corporea. secunda est diuersio hūorū a fluxu ad intestina. tertia est mundificatio intestinorū a superfluis in eis contētis et doloris eorū sedatio aut cū clisterijs si fuerint in intestinis grossis: aut cū sumptis in potu si fuerint in gracilibus. quarta intētio est viarū et ductuū constrictio humorū ingrossatio ⁊ q̄etatio necnō intestinorū cōfortatio ne recipiant cum exterius applicitis et sumptis. quinta est accidentium correctio. sexta debiti regiminis seruz ordinatio.

¶ Regimen fitis eorum superflue. Cap̄. xvij.

PORTETVT inungatur caput cū oleo frigido valde qō fundat̄ super ipsum et ponatur super caput si non fuerit quod prohibeat: et cum aquis infrigidantibus.

¶ Auicen. ponens regimē fitis supfluentis ṗmo ponit regimen generale pro sedādo sitim. scōo sedat sitim scōm aliquos speciales modos ipsius. secunda ibi. (Sitis quandoqꝫ fit a frigore.) ṗma in duas. nā primo ponit regimen fitis p̄ infrigidantia capiti applicāda. scōo p̄ infrigidātia i ore tenēda. secunda ibi. (Et retentiōe mucillaginis) Dicit in prima parte oportet inūgere caput oleo frigido potentialiter infrigidato. s. actualiter infuso sup caput nō existente prohibente. s. catarro capitis repletione et similibus. Et inungi etiā cū alijs aquis infrigidātibus. Causa dicti est: quia si fitis sequitur superfluam cerebri caliditatem frigida applicita capiti conferunt remouendo causam: quare infrigidatio capitis est causa infrigidationis oris stomachi per neruos descendētes.

¶ Et retentione mucillaginis seminis citoniorum permisce cum oleo rosato vltimo aut infusiōis prunorum et medullarū cucumeris ⁊ alhendi et cucurbite et seminis lactuce nigre et radicum liquiritie et pillularū descriptarum in antidotario ad sitim. et de illis que masticant̄ et almosolat sunt tamarindi.

¶ Munc sedat sitim cū bis que in ore tenētur. Primū est mucillago seminis citoniorū permixta cū oleo ros̄. vltimo. sed in infrigidando inter omnes modos olei ros̄. est qō fit ex oleo onfancino et rosis albis siluestribus nondū bene maturis. Secūdum est cum retētione infusionis prunorū. s. acriū aut etiam cum retentione medullarū cucumeris ⁊ alhendi. i. citrulli. et medulle cucurbite. et retētione seminis lactuce nigre: qm̄ est frigidius. s. in fine secundi vel in principio tertij. Radicum liquiritie mundatarū a cortice exteriori et infusarum in aq̄. Tertium tenendū in ore sunt pillule scripte in antidotario. et debēt esse confecte ex frigidis et acribus. Quartum remedium est aliqua que tenentur in ore sicut almosolat ⁊ sunt tamarindi. Causa dicti: quia pellicula oris est contigua pellicule oris stomachi. quapropter infrigidatio et humectatio vnius est causa infrigidationis et humectationis alterius.

¶ Et sitis quidem quandoqꝫ fit ex frigore ⁊ abscindit eam somnus: ⁊ quandoqꝫ fit ex calore. et abscindunt eam vigilie.

¶ Vltimo dicit qō sitis quandoqꝫ fit a frigore et abscinditur per somnuz. et quando fit a calore et abscindūt eam vigilie. ¶ Notandū pro declaratione huius partis ꝙ in siti mendosa causat a per indigestionē ciborū maxime nō calox sicut piscū et similium digestionis difficilis a quibus stomachus laborat in digestione eleuātur vapores calidi peruenientes ad os stomachi et sitim inducētes conuenit somnus qui fortificando calorē stomachi est causa digestionis et resolutionis eoruz vaporum qui erant causa fitis. et sic verificata est prima pars huius textus. ⁊ hāc sniam elicere possumus ex particula quinta affortismox. affo. xxvij. Quibuscunqꝫ desiderū nocte bibetur. et. iz. tertij. capitulo de siti ad finem. et. 4. epidimiarū. In vigilando sitis in superficie somnus medicamentum. Secundus modus in siti causata ex vaporibus calidis circa os stomachi facta ꝯsumptione ⁊ exiccatione nimia vigilie conferunt resoluendo illos vapores calos q̄ erant cā fitis. et hoc voluit Aui. in ꝑte vltima. Ex hoc facile soluūtur instātie q̄ꝑa hūc textū fieri ꝯsueuerūt. Cura fitis q̄ncqꝫ exigit itētiōes. Prima remotio cāx fitis siue fuerint p̄mittue siue corpee p cōitatē a toto sicut i febrib⁹ aut mēbris ptic̄arib⁹ sicut a cerebro: aut a mēbris spūalib⁹ ⁊ reliqs: aut peēntiā ꝑp nocumēta cerebri et ꝑpe oris ei⁹. scōa ē sedatio sitis cōplēda aliquo vij. modox ifrascriptox: aut plib⁹ fz exigētiā cāx fitis. Prim⁹ mod⁹ ē cū bis sup qb⁹ anbelam⁹ sicut sup aq̄ frigida et similib⁹ frigidis. ⁊ hic modus cōfert in siti sequēte supfluā calefactionē cerebri et membrorū spiritualiū. Secūdus modus per retēta in ore sicut est frustum anguric et similia. et hic modus maxime valet in siti sequente calefactionem et exiccationē meri cāne pulmonis ⁊ mēbrox spiritualiuz. Tertius modus est per caputpurgia et per gargarismata cū aqua frigida sola aut cui admixti sunt aliqui succi acres. et hoc valet in siti sequēte dispōnes capitis ⁊ meri cāne pulmōis

¶In presenti parte primo ponit tres species sinocbi minus generales.Secundo tempus duratiōis eius.scōa ibi.(Et eius crisis.)In prima parte dicit quod sinocbi tres sunt species: quarum saluior est epigmasticus incipiens cum difficultate ꝛ procedit minuēdo vsq̄ ad finem. Videtur enim totus declinatio et buius diminutiōis causa est:quoniā resolutio vaporis putridi a corde ꝛ corpore est maior quam eiusdem in eis multiplicatio. Deinde:id est secunda species est omotem⁹ qui fortasse similatur septez diebus:scilicet in seuitate accidentiū vnde videt totus status.Cuius causa est:quia tanta est vaporis putridi resolutio quantum eiusdem in corde vel corpore multiplicatio. Et tertia species nequior:idest malignior est augmasticus qui procedit augendo:ꝛ videt totus esse augmentum: cuius causa est:quia vaporis putridi resolutio est minor quā eius multiplicatio. In alia parte dicit quod eius:scilicet sinocbi crisis et terminatio scōz plurimū est vsq̄ ad septimū:idest non transit septimum.¶Primo notanduz. q̄ licet bas tres species Aui.attribuat sanguinee putride possunt tamē attribui sanguinee nō putride.vt voluit Gale.nono Galenus.

terapē. Possunt enim plus de vaporibus non putridis a corpore resolui quā de eisdē multiplicari et econtra et equaliter. ¶ Secundo notandū quod licet augmasticus absolute: et secundū plurimum sit nequior quā omotenus: et omotenus quā epigmasticus: quia absolute ceteris paribus eo deterius per viam signi et per viam cause plus multiplicari de vapore putrido in corpore et corde quā sit illud quod resolui in secundo loco tantū multiplicari quantum ab eo resolvitur: attamen augmasticus terminatus secundū sui extremuz intensius ad gradū omoteni est minus malus quā omotenus. ⁊ similiter si terminetur secundū idem extremum ad finem epigmastici est minus malus quaz epigmasticus vt patet. ¶ Tertio notandum quod licet epigmasticus non videatur habere nisi declinationem omotenus' solum statum augmasticus solum augmentum. omnes tamen incipiētes post principia generationis ad salutem terminādi habent quattuor tempora penes accidentia cōdistincta. reliqua autē tempora propter breuitatē latēt.

**Sed dubitatur** de epigmastica. naz si illō quod de vapore putrido resolvitur plus est quā illud quod de vapore putrido multiplicat. sequitur quod epigmasticus non duraret nisi per vnum instans aut nūq̄ fieret. secundum est contra mentem autorū: sed primum est impossibile: quia si sic est epigmasticus sensibiliter ledit. et cum sensibilis lesio nec subito acquiratur nec subito deperdatur. sequitur quod per tempus ante hoc fuit et per tempus post hoc erit. ¶ Sed probatur quod non duret nisi per instans. naz quādo prio est: est maior resolutio vaporis putridi a corpore et corde quā eius multiplicatio a materia putrente. ergo quādo prio est desinit esse et sic nō durat nisi per instans. ¶ Dicenduz quod ad hoc q̄ sit principium epigmastici est necessarium vt sit maior in corde et toto corpore vaporis multiplicatio quā resolutio. ad hoc multo maior vt fit status ergo necessariū est vt procedat augendo vsq̄ ad statum inclusiue: sed hec tempora nō manifesta sunt propter breuitatem. sola aūt declinatio cōprehenditur in qua fit maior resolutio vaporis putridi quā eius m'tiplicatio sicut in declinationibus reliquarū febriū materialiū: nec est necessarium quod declinatio subito tollatur: quia quāuis fiat maior resolutio vaporis quā ei' multiplicatio. tamen tm̄ de eo multiplicat vt sufficiet feb. conseruare. Utrum autē sit possibile feb. durare per instans nō intendo ad presens determinare: sed apud tenētes dari vltimū neutralitatis decidētie et nō primū egritudinis sicut cōmuniter tenetur tenēda est pars negatiua questionis. Apud vero tenētes dari primum egritudinis, tenenda est pars affirmatiua: nec propter hoc sequitur vltimā latitudinē realem subito acquiri aut deperdi: sed solum latitudinē denominationis. ¶ Si vero querat vtrū ex aliquo būore ꝓter sanguinē possent fieri tres spēs dicte scz augmastic' epigmastic' ⁊ omoten'. tenēda est pars affirmatiua. nā potest esse causon augmastica ī qua plus de vaporibus putridis aut nō putridis multiplicat in corde et corpore quam illi qui resoluuntur: et causon in qua res se habeat ecōtra: et causon in qua equaliter. Et ita occultabuntur tempora aliqua scōz q̄ dictum est in sanguinea. licet etiā sanguinea putrida nō semper se habeat cōformiter: sed in alijs febribus: scilicz interpolatis ⁊ continuis proportionalibus non sunt hmōi species attendēde cum in ipsis ꝓpa appareant manifeste distincta.

**Sed contra** dictū huius partis instat quia tertiana ꝓtinua terminatur in. vij. vt notat Gal'. in cōmento illus aforismi. tertiana vera septē iudicat' periodis lōgissima. ⁊. iij. pnostico ꝓ: ꝙz ꝓpter subtilitatē ⁊ paucitatem materie citius quā sanguinea cuz sanguis sit grossioz colera et maioris quātitatis q̄ duo faciūt ad prolōgationē feb. ¶ Dōm q̄ hz sanguis sit grossioz colera et maioris quātitatis: pōt tamē sanguinea eque cito terminari cū tertiana ꝓtinua: qz sanguis est benignioz ⁊ facilius obedit ꝛtuti digerēti et euacuāti. Et scōa causa: qz tertiana ꝓtinua habet tepores: neq̄ etiā virtus tantū irritat' ad expellendū ipm̄. ¶ Preterea causon est breuioz quā tertiana continua ⁊ quā sit nota. ¶ Nota tamē q̄ dixit ꝑm plurimū. qz quādoq̄ sanguinea prolongat' supra decimūquartū cū sanguis est grossus crud' sicut est tertiana pēdens a colera' grossa.

¶ Et eius consumptio est cum euacuatione: aut sensata: aut insensata. Et quandoq̄ permutatur ad causonidem et ad sirsen: et quandoq̄ permutatur cum infrigidatione plurima ad litargiā: et quandoq̄ permutatur ad variolas et morbillum. Et quādoq̄ accidit in ea profunditas somni et inflatio ventris ex qua prouenit sicut vox timpani: et non deponit eam ventris solutio cum rarificatione. Et quando solutio ventris non valet: deinde egreditur asaf' viridis lata ꝓprie est de signis mortis.

¶ In presenti parte ponit duos modos terminationis sanguinee. Prim' modus est cū euacuatiōe sensata sicut ꝑ fluxū sanguis mēstrualis emorroidalis narium per fluxū vētris vomitū per sudoreꝫ siue sanguis sub propria forma expellatur aut in alios humores trāsmutet'. quādoq̄ cū euacuatione insensata. idest quia sanguis in vapores cōuersus resolvitur. Secūdo quādoq̄ permutat' ad causonidem sanguie in colerā trāsmutato. ⁊ ad sirsen: idest apostema capitis colericū. licz etiā posset fieri apostema sanguineū dictū ab Auicē. flegmō in cerebro. Tertio quādoq̄ permutat' ꝓpter nimiam infrigidationē ad litargiā. i. ad apa flegmaticum in cerebro q̄ infrigidatio pōt seq̄ potū aque frigide ⁊ fil'ia. Quarto qñq̄ ad variolas ⁊ morbillos ꝑmutāt' ⁊ nota sunt. Et hec permutatio accidit frequēter in pueris. Quinto quādoq̄ accidit in ea ꝓfunditas somni dicti subetb ꝓpter m'titudinē sanguinis aut vaporū opilātiuz arterias subetbicas et retbe mirabile inflatio ventris ex qua prouenit vox sicut timpani: scz cum venter percutit'. Est em̄ hec dispositio timpanites sequēs vētositatē et vapores grossos ꝓpter actionē caliditatis extranee conuertētis humores in vētositatē ⁊ vapores ⁊ nō potētis ipsos resoluere cū maior fit humorū ī illa cōuersio quā illorū resolutio ꝓpter virtutis debilitatē ad que adiuuat error digestiue epatis et stomachi: et nō deponit eam ventris solutio cū rarificatione. idest resolutiōe facta: scz cum his que vētri applicātur sicut sunt vnctiones fomentationes sacculi vaporis et vētositatis resolutiua: deinde egreditur asaf. idest morbillus viridis et proprie quādo est latus ⁊ est de signis mortis. significatur enim per hoc debilitas ꝛtutis et malignitas morbi. nam morbillus ille qui est pustula quedā significat sua viriditate malignam materiam putredinem in

Duo modi terminatiōis sanguinee.

dinem in cupū cum materia facies illā sit calida. ¶Et nota quod secundū plurimū bec materia nō est solum vna pustula:sed plures.et bec pustula simul cum alijs tam dictis est de signis mortis.

¶Signa. Cap.xliij.

SIgna febris sanguinee sunt adherentia feb.et rubedo facies et oculorum. et inflatio venarū et temporum et repletio cōpleta absq; rigore ⁊ non est sudor nisi apud crisim.et multotiens associatur ei pruritus in naso et in loco colli in quo ponuntur ventose:et constrictio in anhelitu.et multotiēs accidit eis profunditas somni et difficultas sermonis et est malum. et similiter apostema gutturis et duarum amigdalarū et vue et cursus lachrimarum.et caliditas eius est plurima propter humiditatem vaporosam et lacunalem non exiccatam sicut in causonide.et pulsus eius est magn⁹ leuis plenus velox frequens valde diuersus nō plurime diuersitatis et est minoris diuersitatis et velocitatis quam in causonide: et non est caliditas eius in termino causonidis et tertiane fortis.

¶Hoc capitulū habet trespartes.in prima ponit signa febris sanguinee.in secunda signa permutationis eius.in tertia signa prolongationiseius ex quibus dantur intelligi breuitates eius. scōa ibi. (Signa aūt permutatiōis).tertia ibi.(Signa vero longitudinis).prima in duas. in prima ponit signa cōmunia febri sanguinee. in secunda signa propria speciebus eius.scōa ibi.(Illius que ex ea est).Prima posset diuidi in tot partes quot sunt signa.partes patebunt legendo textum. Primum est adherentia:idest continuitas feb. absq; tepore manifesto vel occulto scōz proportionē ad aliquā diem.et per hoc differt a reliquis febribus humoralibus.Secundū est rubedo facies et oculorum:⁊ causa nota est.Tertium est inflatio venarū totius scilicet et temporū:idest venarum et arteriarū que sunt in temporibus propter multitudinē sanguis extendentē simul, cum vaporibus eius. Quartum repletio cōpleta:idest cōmunistoti corpori.Quintum non est rigor:quia materia non egreditur venas.Sextum nō est sudor nisi dum fit crisis:scilicz per sudorem:quia sanguis non est aptus faciliter educi sua grossitie:et etiam dum fit crisisper sudorem rarissime fit euacuatio sanguis sub forma propria.Septimū multotiens associatur patiēti eam pruritus in naso et in loco colli in quo cōsueuerūt poni ventose:quia natura tentat euacuationē per illas vias sibi ꝓsuetas. Octauū profunditas somni et difficultas sermonis et est malum. vtrū enim istorum sequitur opilationē in arterijs subtbicis et est dispositio in apoplexiā.est enim prima tertij vnus modus apoplexie propter earum opilationem. Nonum est apostema gutturis et est squinantia et duarum amigdalarum et:est propria financhia et vue propter multitudinē venarum in illis partibus existentium de quibus sanguis apostemans illas partes egreditur frequenter.Decimus cursus lachrimarū propter multitudinez humiditatis et caliditatē dilatātem meatus per quos lachrime expelluntur.Undecimus caliditas eius est plurima propter multitudinē vaporum elcuatorū ab humiditate sanguinea vaporosa lacunari. id est se habentē in modus lacune aque calide..est cū caliditas eius humiditati contūcta:⁊ nō est caliditas ficca nec aspera sicut caliditas causonis.Duodecimum pulsus eius est magnus:quia virtus fortis.necessitas magna.instrumentū obedtēs leuis quia non coartatus sicut in principijs paroxismorum. Aliter leuis:quia non durus propter humiditatem.plenus propter multitudinem sanguinis ⁊ vaporum contentam in venis et arterijs velox et frequens cum nō possit satisfieri per solaz magnitudinem.valde.i.notabiliter diuersus:non tamen plurime diuersitatis ⁊ velocitatis q̄ in causone.

**Contra.quia** sanguis est grossior magis opprimens virtutez quā colera.ergo pulsus debet eē magis diuersus quā in causone. ¶Respōdetur negando consequētiam.quia licet ratione maioris grossitiei sanguinis quā colere deberet fieri in sinocba pulsus magis diuersus quā in causone.attamē ratione intēsionis caloris et magis acuti in causone quā in sinocba:et quia colera est magis borrida quaz sanguis ex quibus magis deijcitur virtus in causone est magis in eo pulsus diuersus quam in sinocba. Secūdo non est sinocbe caliditas ita intensa aut acuta sicut caliditas causonis et tertiane:quia colera est calidior quā sanguis.licet propter maiorē multitudinē vaporuz in sinocba quam in causone possit esse in eo plus de caliditate.

¶Et illius que ex ea est a putredine caliditas et accidentia sunt vehementiora:et cura eius est difficilior et magis similis cum causonide.At vero subtilitas sanguinis et grossitudo cognoscuntur propter illud qō egreditur de eo.

¶In presenti parte ponit signa primarū specierū sinocbe.et habet tres partes. In pria ponit signa sinocbe putride. In alia ponit signa subtilitatis et grossitiei sanguinis. In tertia signa sinocbe putride addens aliquid de putrida. secunda ibi. (At vero subtilitas ).tertia ibi.(Et sinocba feruida).In prima parte dicit quod sinocbe putride accidentia sunt vehementiora:scilicet acuitas caliditatis fitis dolor capitis et similia cum vapores putridi sint acutiores nō putridis: et cura est difficilior cum in cura non putride frequenter sufficiat sola flobotomia et regimen infrigidans.in putrida vero preter bas multe intētiones:scilicet digestio mundificatio ⁊ alie de quibus agitur in sequēti capitulo. Assimilatur enim cure causonis cū per putredinem sanguis scōm aliquā partem in coleram conuertatur. In secunda parte dicit quod subtilitas et grossites sanguinis cognoscit̄ per illud quod egreditur:scilicet de sanguie siue spōte egrediatur siue per flobotomiā aut aliter egrediatur.

¶Et nota huiusmodi notitiā esse medico necessariam vt sciat remedias scōz exigētia exhibere. grossus enim debet equari per subtilantia ⁊ viscosius per incidentia.et contrarie dispositus per contraria bis grossities sanguinis cognoscitur primo qz nō potest exire sine foramine lato.scōo ex colore.tēdit enim in nigrum.vel si tendit in album per admixtionem flegmatis grossi vides manifeste flegma grossiminuiscatum cum eo. Tertio quia quando colligitur in aliquo vase lato habente funduz planum frustū eius coagulatum est altum.Quar/

to quia si frustum sanguinis suspendatur stilo in eo infixo stat suspēsum stilo et non scinditur. Item quia difficile est scindere ipm cum re habente acutiem obtusam. Quinto ex cōplexione habitudine et regimine precedente illius a quo sanguis ille extractus est. Et contrarijs modis cognoscitur sanguinis subtilitas: et tunc etiam interest cognoscere an declinet ad colericam propter multitudinez colere sibi admixtam: et quia rubedo sua tendit in citrinitatē sicut melācolicus in nigredinez et flegmaticus in albedinez cum admixtione flegmatis grossi aut aquositatis. et putridus tendit in fuscedinem et viriditatē cum pallore.

¶ Et sinocha feruida est res magis similis in principio sui febri estimere: verum caliditas eius est parue mordicationis et lesionis. et inuenit ex ea inflammationem et disniam. et est plurimū impressionis eius prope cor. putrida vero est equalis ⁊ silis equali secundū plurimum.

¶ Hic ponit signa propria sinoche feruide que dicitur feruida: quia in sanguine est feruor absq; putredine. ⁊ nō dicitur feruida: quia sit feruidior sinocha putrida. Dicit ergo quod est res magis similis in principio sui febri estimere: q; habet in principio caliditatē mitiorem similataz caliditati estimere: sed in processu acutiorē: cum sit facta intensior. verum caliditas sua est pauce mordicationis et lesionis: scilicet ī cōparatione ad sinochā putridam et inuenit patiēs in ea inflāmationē ⁊ disniā idest anhelitus constrictionē propter multitudinez sanguinis ebullientis et vaporū eius in venis cordis in dextro ventriculo eius in vena cbili et in arteria adorti proximis cordi. putrida vero est equalis et similis equali scōm plurimū in modo afflictionis: non equidez in comparatione ad sinochā sine putredine. illa enim est equalior: sed in cōparatione ad alias putridas in quibus sunt maiores diuersitates in modo afflictionis vt ptz ex supe dictis. Aliter est equalis. i. media inter feruorem sinoche nō putride et feruorem causonis.

¶ Signa vero permutatiōis eius sunt cuiuscq; eorum ad quod permutatur vt prefocationis et apostematū gutturis et duaruz amigdalarum. et tu iam sciuisti ea. et signa variolarum scies. et signa sirsen: et doloris capitis: et permixtionis mentis et aliorum iam sciuisti.

¶ Hunc Auicēna ponit signa permutationis eius dicens quod signa permutatiōis huius febris: scz ad alium morbum sunt signa cuiuscunq; ad quod permutatur: idest signa cuiuscunq; morbi in quem fit hec permutatio vt prefocationis quādo scilicz permutatur ad pulmonem opilans viam anhelitus cum apostemate aut sine apostemate: vel squinantie: idest apostematū gutturis. sunt enim squinantie apostemata gutturis et duarū amigdalarum que apostemata dicuntur proprie squinantie curam sciuisti: scilicet nona tertij ⁊ x. tertij: ⁊ signa variolarum scies: quarto tractatu hui⁹ prime fen. quarti. ⁊ sirsen: idest apostematis capitis et doloz eius et permixtionis mentis et aliarum passionū capitis iam sciuisti. prima tertij. ¶ Pro qua parte notandum permutationē hui⁹ febris ad istos morbos vel accidentia posse intelligi vel permanente febre parte aliqua materie ad hec membra quib⁹ iste egritudines appropriātur pmutata ꝙ pluries accidit: vl̄ q; fiat cretica febre recedēte vl̄ declināte.

¶ Signa vero longitudinis eius sicut iam sciuisti sunt ex postpositione signorum digestionis et tornalitate facit: et diuersitate dispositionis eius in spatio suo ex additione et statione et diminutione: ita vt sit quasi ipsa sit tepida. Illud enī significat ꝙ sanguis est plenus humore crudo.

¶ In parte presenti ponit signa lōgitudinis ⁊ breuitatis huius feb. Secūdo infert dies creticos in quibus terminatur. ibi scōa. (Spaciū vero crisis) Dicit primo quod signa longitudinis et breuitatis sumuntur ex postpositiōe: idest tarditate signorum digestionis. et tu supple ex velocitate eorum quia si tardantur prolongatur egritudo. si vero velocitātur breuiatur egritudo. Secundo ex tornalitate et extenuatione facit et eius contrario. quorū primū significat breuitatez significādo humores subtiles. Scōm plongationē significādo hūores grossos. Et pro isto facit affortissimus secunde particule. Febricitantibus nō omnino ⁊c. Tertio ex diuersitate dispositiōis in spacio suo: idest in sua duratione ex additione: scz in augmastica. ⁊ statione scz in omotena. et declinatione scz in epigmastica. Nam additio si morb⁹ mortalis fit significat breuitatem. Si vero salubris significat longitudinez significādo multitudinē materie. Diminutio vero in epigmastica que cōmuniter est salubris si sequatur paucitatem materie significat breuitatem. Si vero grossitiem et tarditatem inflāmationis significat longitudinem. in omotena vero iudicium est medium ⁊ propterea loquendo de epigmastica dixit. Et diminutione ita vt sit quasi tepida. Aliter ⁊ melius possumus hunc textum adaptare cuilibet istarum ita vt sit sensus quod quelibet istarum cognoscitur ex dispositionis eius diuersitate et vniformitate. nam si in augmastica fit vniformis additio et in omotena vniformis statio ⁊ in epigmastica vniformis declinatio. hec vniformitas significat breuitatē. si vero in augmastica fit difformis additio: ita vt nunc magis velocitet nūc minus faciat additionem hoc significat diuersitatem materie: et sic etherogeneitatem: et sic longitudinem. Similiter in epigmastica si fiat difformis diminutio. similiter ī omotena si fiat difformis statio. hec enim difformitas significat tepiditatem: et quod quasi sanguis sit plenus humore crudo.

¶ Spacium vero crisis eius significat apparitio signorum digestionis que si tardatur vsq; post tertium et quartum non fit crisis in septimo. Et multotiens quidē fit crisis eius in quarto.

¶ In parte presenti ponit signa velocitatis et tarditatis crisis in hac febre dicens. spacium crisis idest propinquitatem vel distantiam eius significat apparitio digestionis que apparitio digestionis si tardatur vsq; post tertium vel quartuz nō fit crisis in septima. immo tardius quā in septima. et multotiēs fit crisis in quarto. ⁊ tunc apparēt signa digōnis in prima vel scōa die. ⁊ hāc sniam habes scōa affo. xxiij. septimam quarta manifestat.

Cura febrium sanguinis. Ca. xlv.

Attentio in curatiōe febris sanguinis est euacuatio plurimi vsq; ad syncopim et ingrossatio substantie sanguinis si

guis si fuerit subtilis valde aquosus et cole ricus. Et infrigidatio eius et mundificatio et subtiliatio ipsius si fuerit grossius et sum pserit eger prius generatiua sanguis grossi et generatiua humoris crudi ⁊ digestio ma terici facientis febrē: et eius resolutio.

¶ Primo ponit intentiones curatiuas febris sanguinee. Secundo illas exequitur. Tertio ponit cōbaria conuenientia. Quarto pro cura accidentiuz remittit nos ad capitula supra scripta. scōa ibi. (euacuatio autem). tertia ibi. (cibi vero). quarta ibi. (Et si accidat.) ¶ Primo notandum quod iste intentiones posite hic ab Auicēna sunt sex. prima euacuatio. scōa substantie sanguinis equatio. tertia infrigidatio. quarta est mūdificatio. quinta digestio. sexta est resolutio. ¶ Secundo notādum qō licet euacuatio mundificatio et resolutio aliquo modo conueniant: quia per quālibet aliquid euacuatur differunt tamen quia euacuatio est materie propie febris eductio: scz sanguinis. sed mundificatio est humorū qui sanguini immixti sunt eductio siue illi humores fuerint ante febrem siue sint geniti post febrē. sicut cum sanguis scōm aliquam eius partem in alium humorem trāsmutatur per putrefactionem. Resolutio vero est vaporum qui sunt in venis eductio. bi enim humores ⁊ vapores licet non sint materia propria feb. sanguinee: sunt tamen apti fouere ipsam. Similiter licet equatio substantie et digestio conueniāt: quia vnaquecz prepparat humorē ad expulsionē aut ad boc vt reducatur ad benignū: tamen digestio respicit humorem putrentē: et propie opponitur putredini cum faciat cessare putredinem manente substantia. Tertio tegni. sed equatio substantie respicit vtraqz. scz putrentē et non putrentem. ¶ Tertio notanduz qz iste intentiones sumuntur ab essentia febris sanguinee. Sunt esn in ea sex. Primū est impletio cui opponitur euacuatio. Scōm est sanguinis replētis subtilitas vel grossities cui opponit equatio subtilis per ingrossationem: et grossi per subtiliationem. Tertium est caliditas membroz que est febris vel caliditas sanguinis: et ei opponitur infrigidatio. Quartuz sunt materie corrupte q̄ sanguinem inficiunt. huic opponitur mūdificatio. Quintum est sanguinis putrefactio. huic opponitur digestio. Sextum est vaporū multitudo opilatiōe retentorū: et sibi opponitur resolutio. vbi etiā includitur opilationis apertio.

¶ Euacuatio autem nō est aliqua sicut flebotomia ex manu in quacūcz hora accidat Et non expectatur crisis necz digestio: nisi sit repletio nauseatiua. tunc enim caue eam et remoue ipsam. quod si febris perseueraverit tunc flebotoma. Et non cesses flebotomare donec eger appropinquet syncopi: aut cadat in syncopim si corpus fuerit forte.

¶ In bac parte prosequitur curam scōm bas intētiones. et primo vscz ad declinationē. secundo in declinatione. scōa ibi. (Et in fine eius.) prima in quattuor. Primo ponit curam per euacuationem Secundo per equationem substantie. Tertio per infrigidationem. Quarto per mundificationē. secunda ibi. (Sanguis vero.) tertia ibi. (Eius vero) quarta ibi. (mudificatio aūt.) Dimittit curaz per digestionem. quia intelligit per equationē substātie. nam quādo sanguis rectificat in substātia cū rebus propriis ptra putredinē q̄ scōz plurimū debent esse frigida ficca et acetosa tunc digerit. Cura aūt per resolutionē que cōpletur subtiliādo poros aperiendo ⁊ vapores transpirare faciendo est nota in capitulo de effimeris ⁊ in cap. de cura putridarū in generali. ad illam esn iuuant fricatiōes et similia. prima in tres. Primo ponit curā principaliter intentam. Scōo ponit euacuationez ante banc premittendā. Tertio ostendit quid faciendū sit si ille euacuationes nō possint fieri. secūda ibi. (Oportet.) tertia ibi. (Quod si dispositio.) prima in duas. primo premittit. secūdo probat. secunda ibi. (Syncopis nāqz.) ¶ In prima parte dicit tria. primū quod non est aliqua euacuatio prestantior quā flebotomia ex manu. i. ex brachio in quacūcz hora accidit: idest quā primū occurrit patienti. nō enim dāde sunt indutie in flebotomādo. Secūdo dicit quod nō expectetur: scz quod natura faciat crisim nec digestio cuz opus sit festinātia. necz etiā pro facienda flebotomia est opus digestione sicut in euacuatione aliorū humoruz cum solutiuis nisi sit repletio nauseatiua. tunc enim caue eam: scz flebotomiā et remoue ipsam. scz nauseatiuā satietatem antecz flebotomes ne cibus corrupt⁹ ad epar tractus corrumpat humores epatis ⁊ venarū. quo modo autez corrigenda sit dictum est in cap. de effimera ex nauseatiua satietate. Tertio dicit qō forte virtute existēte forti fiat flebotomia donec eger appropinquet syncopi aut cadat in syncopim si corpus fit forte abūdans in multo sanguine.

**Dubitatur** vtrum in sinocba solū debeat fieri flebotomia in principio qz sic. pbaī per Azarauiū dicentē tam ī ca. de sinocba nō putrida. qz ēt in ca. de sinocba putrida qz si eger priuat⁹ fuerit extractiōe sanguis in prīcip. caue ipz penit⁹ extrabere apud augmētū ⁊ in et⁹ statu et si virtus sit fortis. Idem sentit Isaac in cap. de sinocba cum putredine. ¶ In cōtrariū est Auic. di. qz si feb. perseuerauerit tunc flebotoma. ¶ Dicendū cum Gal. nono terapentice quod conseruata virtute in sinocba nō solum post tres dies sed vltra eos etiā est flebotomandū. ¶ Ad Azarauiū ⁊ Isaac dicendū eos male sensisse. sed si volumus eos saluare dicamus eos voluisse nō esse faciendā tantā flebotomiam in processu quāta est in principio.

¶ Syncopis nanqz infrigidat complexionem fortez. et scias qō flebotoma et sumere in potu aquā frigidaz quādoqz excusant ab infrigidatione alia.

¶ In parte presenti probat esse faciendā flebotomiam vsqz ad syncopim duabus rationibus sumptis a Galeno nono terapentice. Prima. flebotomia vsqz ad syncopim infrigidat cōplexionē fortez idest fortem calliditatē febrilem vel fortem complexionem: idest bominē babentē complexionē fortez cum abundātia plurimi sanguinis ⁊ spūs patientem sinocbā remittendo simul calliditatē eius naturalem et preternaturalē. ergo conuenit cum boc quod sit cura sinocbe. Secunda ratio. bec flebotomia et potus aque frigide excusat ab aliqua cura. ergo est faciēda. q. d. qz aque frigide exhibitio necz alia fortis infrigidatio est facienda stāte repletione superflua.

¶ Et partitio quidem in ea est melior si nō fuerit quod necessariā faciat festinationez. nam fortasse erit in ea q̄ est infra appropinquationem syncopis vltimatio.

¶ Hic respōdet vni tacite questioni. posset eñ queri an flebotomia infra sincopim sit pstantior. Rñdet q̄ partitio in flebotomia est melior q̄ vnica flebotomia copiosa ducēs ad sincopim. Si ꝰo fuerit q̄ necessariā faciat festinationē sicut ē timor festine suffocationis aut aduētus. apatis in aliquo mēbro nobili. nā fortasse in flebotomia q̄ est infra sincopim erit vltimatio vel sufficientia. i. subsidiū vltimū in bonitate sufficiens ad curam.

¶ Et fortasse sequet flōmiā vltimam statī fluxus vētris colericus ⁊ sudor quē opꝫ omni hora abstergere donec cōtinuetur. fortasse enim saluabitur cum eo.

¶ Tertia ratio. illa euacuatio est faciēda ad quam statim seq̄tur fluxus colericꝰ ⁊ sudor quē opꝫ omni hora abstergere donec ꝓtinuet ad quosaliqñ seq̄tur sanitas: sed banc flebotomiā ducentē ad sincopim sequūtur bmōi euacuatiōes aliqñ ducētes ad sanitatē. ergo est faciēda. Causa ꝰo quare sequunt bmōi eūones est q̄ natura cōfortata per deonerationē a tanta repletiōe ⁊ equatiōe ꝓplexiōis mouetur cōtra bas materias sanguini imixtas ⁊ eas expellit. ¶ Notate tñ q̄ eēt difficile vt fieret simul fluxus vētris ⁊ sudor: cū sint euacuatiōes cōtrarie et aliqñ fit vnus aliquando alter.

¶ Et succurratur ei qꝺ accidit ei de debilitate et sincopi cum cibo subtili ⁊ quiete.

¶ Hic docet succurrere debilitati q̄ seq̄tur banc flebotomiā dicēs. q̄ ei succurrēdum est cū cibo subtili. i. velocis ꝓuersionis ⁊ penetratiōis ⁊ pauce q̄titatis sicut aqua carnis vinū limpbatū subtile boni odoris ⁊ q̄ete. opꝫ eñ q̄ sincopizātes sint quieti animo ⁊ corpe ita vt stent supini ⁊ nō moueātur immo non loquātur: nō tamen debēt dormire. Dicit eñ Aui. xj. tertij. precipiātur vigilare et dimittere locutionem.

¶ Et oportet vt premittatur lenificatio natur̄e cum illis que sciuntur de illis que sunt sicut duorum granatorum aqua: scꝫ dulcis ⁊ muzivscꝫ ad terminuꝫ. et siracost ⁊ tamarindi et colliria leuia de quib⁹ dixim⁹. Et q̄ñcꝫ est necessariū apud digestionē euacuare cū eis que sunt sicut mirabolani et fumus terre et cassiafistula et his filia de illis que sciuisti.

¶ In pte pñti ponit euacuationē quā opꝫ frequenter p̄mittere, flebotomie. Dicit ergo q̄ opꝫ vt p̄mittatur lenificatio ventris cū eis q̄ sciunt. i. in ca. generali curatiōis feb. putri. ⁊ succus duorū granatorū: scꝫ dulcis et muzi vscꝫ ad tantū. i. dosim sufficiētem que est circa vj. ℥. ⁊ dulcoret cū. ℥. j. zucca. optimi. ⁊ scōm lenitiuū est bmōi. ℞. tamarindorū. ℥. ij infundātur p̄ icisionē in, vj. ℥. aque per. vj. horas: et aqua illa coletur exprimendo cui⁹. ℥. iij. misceat. ℥. j. ℔. māne. ¶ Et colliria. i. clisteria bona leuia sūt cōuentētia. de quib⁹ in capl̄is p̄cedētib⁹. Et q̄ñcꝫ est necessaria eūare apud digōnem. i. digesta materia cū bmōi. ℞. corticū mirabolanorū citrinorū. ℥. j. fumiterre. Mꝺ. j. bullāt in. j. lib. aque ad medietatis ꝓsumptionē. ⁊ colētur exprimēdo: cū cuius decoctiōis. ℥. iij. misceat flozis cassie. ℥. j. lenit eñ vētrē ⁊ sanguinē mūdificat a colera et būoribus salsis. ¶ Pro quo notandū q̄ materie corrupte q̄ febri associātur sanguinee quādocꝫ sunt circa ptes stomachi ⁊ intestinorū ⁊ meseraicarū. ⁊ ante flebotomiam educēde sunt cū lenitētibus p̄ius positis ne materia illa corrupta ad venas trabat. et possibile est q̄ clisteria lenitiua sufficiāt maxie si sint solū in intestinis. aliquādo sunt in venis et post flebotomiā educēde sunt cū hac medicina vltimo posita. licet etiam ante flebotomiā cum hac medicina posset vtraꝫ materia educi.

¶ Qꝺ si dispō nō tolerat flōmiaꝫ in manu flebotomet vena q̄ est in cornu frontis aut ponātur ventose. Si aūt nō ꝓparat aliquid eorū et hoc ꝓpter accns qꝺ phibet: tūc fac solutionē vētris scōm modū qui est in causonide. et regimē fit in eis que aperiūt ⁊ incidūt et sedant ebulitionē. Et si acciderit ex flebotomia sincopis ciba cuꝫ pane et aqua aggreste. Quod si accidit fluxꝰ sanguis narium per se non abscindatur nisi cum appropinquauerit sincopis.

¶ Ponit quid faciendū sit cū flōmia nō possit fieri ex brachio: qꝺ forte est: qr vena illa nō repit, aut qr eger ē debilis: et vult q̄ flōmet vena frontis. nā ista imediate cōfert grauitati capitis ⁊ mediate a toto pōt eūare. ⁊ minus debilitat q̄ vena manus: et ponātur vētose. s. in spatulis aut natib⁹ cū scarificatiōe. Si aūt nō pōt fieri aliqꝺ borū ꝓpter aliqꝺ accns qꝺ ꝓhibet: aut qr nō vult tūc fiat solutio vētris cū bis q̄ dicta sunt in causonide eūantibus būorē sanguini admixtum sicut est decoctio tamarindorū cū māna aut cassia. q̄bus aliquid qꝺ electiue eūet būorē peccātē cū sanguie posset addi. sꝫ de bis infra. Regimē fit cū bis q̄ apiunt incidūt ⁊ sedāt ebulitionē sicut est sirupus acetosus simplex aut oxizacara cū aq̄ enditie capillorum ve. vscꝫ ad aquā fenticuli maxie qñ sanguis fuerit ingrossat⁹ ꝙ flegmatis grossi admixtionē. aut cuꝫ aq̄ enditie detur sirup⁹ acetosus cōpositus q̄ apud Mesue numerat inter sirupos frigidos. Et si acciderit ex flebotomia sincopis ciba eū cū pane infuso in aq̄ aggreste: ⁊ hoc maxie cōpetit añ sincopi ad ꝓhibēdū ipsam stōm ꝓfortādo ⁊ post sincopim ꝓuenit ad ꝓhibēdū iterationē eius. Qꝺ si acciderit fluxꝰ sanguis ꝙ se. i. a natura nō abscindatur nisi cū appropinq̄t sincopis. ¶ Pro quo notādū q̄ ꝓhibet sincopin in fluxu sanguis ab arte. i. flōtomia. eo q̄ in fluxu sanguinis a natura non fit sincopis nisi valde supfluēte eūone: cū natura eligēdo eūat sanguinē min⁹ cōuenientē. sꝫ cū minori eūone ꝙ artē seq̄tur sincopis.

¶ Sāguinis vero ingrossatio fiat cum eis q̄ sunt sicut rob. iuiubarū. ⁊ ēt decoquātur c. iuiube cū lib. v. aq̄ donec remaneat tertia ⁊ inspissēt cū zucca. ⁊ q̄to plus miorat zuccarū tāto ē melius. Et lētesiterū ꝓprie parate cū aceto acetoso forti sunt hui⁹ generis. Et caue ne des in potu rob iuiubarū aut corpus lētiū materia exīte grossa.

¶ Hic curat sinocbā ꝙ sanguinis eq̄tionē q̄ fuit secūda intētio. Et dicit q̄ ingrossatio sanguis si fuerit nimis subtilis fiat cū eis q̄ sunt sicut rob iuiubarū. sꝫ q̄to plus minoratur zuccarū tāto est melius: cū zuccarū inflāmet ⁊ in colerā cōuertat. sufficiet ergo intātū zuccari q̄ aq̄ illa fiat dulcis. Et lentes ⁊ ꝓprie earū li. ist abiecta prima aqua conuenit cōditū cū aceto devino notabiliter acuto qꝺ exiccat ⁊ notabiliꝫ infrigidat se ꝓfundādo in substātiam sang. ⁊ acuitatē suā ⁊ ptes subtiles resoluendo ingrossat, subtiliat eñi ⁊ mollificat dura ⁊ grossa et subtilia



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sa ⁊ subtilia ⁊ mollia ingrossat ⁊ indurat. sicut est videre in ouibusq̄ ponūtur in aceto quarū carnes indurat ossa mollificat. ¶ Caue tñ ne det i potu rob iuuabarū aut corpus lētiū materia existēte grossa: imo q̄rātur subtiltātia q̄ dicaz cū ordiabo curā.

¶ Eius vero infrigidatio fit cum eis q̄ sunt sicut aqua lentiū infrigidata ⁊ aqua lactuce infrīdata: ⁊ sumere in potu aquā frigidā si nō fuerit qō prohibeat. ⁊ fortasse sumitur in potu donec tremere faciat ⁊ saciet. et fortitā. n. sanat eū ⁊ qñq̄ ꝓmutatur feb̄. ad flegmaticā. ⁊ curatur cū troscicis de rosis ⁊ siłibus. ⁊ hec quidē cura est quorūdaz antiquorū ⁊ secuti sunt eā q̄dā modernorū. Dare aūt in potu aquā ordei est curatio cōferēs eisz cū lenitate nature. ¶ Et melior horarum ad hoc est hora vehemētis ebulitionis ⁊ angustie ⁊ inflāmationis et frequētie pulsus cordis.

¶ In pte pñti curat sinocbā p tertiā intētionē dicēs: ꝙ infrigidatio fiat cū aqua lentiū infrigidata actu ⁊ cū aqua lactuce simil̄ infrigidata ⁊ cū aqua frida sumpta in potu si nō fuerit aliq̄d ꝓbibens. ⁊ fortasse. i. aliqñ sumitur in potu donec tremere i. rigere faciat ⁊ satiet ita vt nō sitiat. cōceditur em̄ de aqua quantū potest bibere quando adsunt omnes aut plures cōditiōes suadētes potū aq̄ frigide. sed de hac re dictū est sufficiēter in cap̄. de cura putridarū in generali. ¶ Haz hec aqua sumpta sanat precipue sinocbā non putridā sanguinē ad benignum reducendo. et fortasse mutat banc febrem in flegmaticā non quia sanguis ꝓuertatur in flegma sed infrigidatur. et ingrossatur ita vt faciat febrem remissam sicut est flegmatica. ⁊ potest esse qō sanguis reducatur ad benignū sed propter nimiā infrigidationē flegma putreat nimio frigore. ⁊ accendat flegmatica quam medicus magis eligat ꝙ moriatur ex sanguinea nimio eius caumate sicut bocmodo Auerrois. vij. colliget. permutat causonem in cronicā cum aqua angurie et curatur cū trocis. de ros. hec flegmatica in quā facta est permutatio non quidez in principio permutationis sed magis in processu. vł aliter curatur sed sanguinea cum trocis. de rosis in declinatiōe sicut p̄cipit Rasis. xvij. cōtinētis: et hic est ille de antiquis de quo loquitur Auicen. qui vero sunt moderni deus scit. multi enim erant medici tempore Auicē. quorū noticia nō peruenit ad nos. Dari autē in potu aquā ordei confert sed cum lenitate nature. idest ventre non existente valde stiptico ⁊ pleno fecibus. aliter sed cum lenitate nature. idest quia lenit ventrē cuz non sit valde stipticus. omne enim absterſiuum est ventris lenitiuum. scōo canone cap̄. quarto. Et melior quidem horarum ad exhibendum ꝙ quam ordei aut aquā frigidā est hora vehementis ebulitionis: idest caliditatis ingentis et angustie: scilicet cum eger nō potest quiescere et permutat̄ de figura in figurā ob ingentem caliditatem circa precordia. et tunc est frequentia pulsus cordis. buiusmodi autem infrigidatiua magis necessaria sunt ⁊ minus sunt apta nocere propter caliditatis magne resistentiam.

¶ Et scias quod esse contentus infrigidatione et dimittere flebotomiam et vētris solutionem addit in opilatione, et coartatiōe quare additur putredo et caliditas in reliqua dispositiōe.

¶ In presenti parte admonet nos non debere esse contentos sola infrigidatione sed premittendum esse flebotomiam et solutionem ventris ante infrigidantia fortia interius sumpta siue exterius applicita. quia huiusmodi addunt in opilatione: scilicet attenuatoria. et coartatione: idest opilatione coartatoria: quare crescit putredo et caliditas in reliqua dispositiōe: idest in putredine būoris preexistente et caliditate febrili preexistente per additionem noue putredinis et noue febris que erunt maiores tempore sequenti quam fuerint in precedenti. et forte accendetur putredo in aliquo humore et fiet noua febris.

¶ Mūdificatio enim fiat cum eis que sunt sicut soluentia coleram secundū responsionem necessitatis virtutis et debilitatis cum digerentibus humorē crude. quoniam fortasse ipa est causa in putrefactiōe sanguis. ¶ Hic exequitur quartam intentionem et est euacuatio humorum qui admiscentur sanguini. ⁊ dicit quod mundificatio sanguinis ab humoribus sibi admixtis fiat cum soluentibus coleram secundum exigentiam necessitatis et tolerantiam virtutis: et fiat cum digerentibus humorem crudū sanguini ad mixtū qui est cā putrefactionis sanguis. ¶ Pro quo notanduz quod in sinocba semp opus est euacuatione. tum quia sanguis per putredinez satis cito in coleram conuertitur. tum quia aliquādo preest in sanguine disponens ipsum ad putredinem. Aliquando est opus euacuatione humoris crudi flegmatici grossi aut subtilis qui preexistens in sanguine disponit ipsum ad putredinem sed innuit Auicenna hunc digerendum esse primo. non autem sic dicit de colera sed solum ipsam esse euacuandā: eo qō ipsa paratior est euacuationi q̄p flegma. ¶ Cū quibus autem hec intentio debeat cō pleri videbitur in ordinatione cure.

¶ Et in fine eius da ei in potu que sunt sicut trocis. de camphora ⁊ trociſci de spodio et da ei in potu.

¶ Isti etiaz trociſci sunt boni. Recipe spodij. ʒ. tres. seminis. portulace. ʒ. quinq̄ semi. cucume. ʒ. quattuor se. cucurbite. ʒ. sex gummi. et dragan. et amili omnium ana. ʒ. tres. fuc. liquiri. pondus. ʒ. septē. fiant ex eis trociſci. ¶ Descriptio alia et propie apud debilitatē epatis. Recipe rosaruz. ʒ. tres. succi berberis. ʒ. duas se. cucumeris et melonis. et citrulli. et portula. et spodij omniuz ana pondus. ʒ. vnī gummi et draganti: et amili omnium ana. ʒ. semis. rauedseni. et croci et camphore. omniū ana. pondus quarte partis vnius. fiant trociſci.

¶ In presenti parte curat sinocbam in declinatione dando trocis. de camphora et trocis. de spodio secundo describit quosdam trociſcos. Prima descriptio est ista. Recipe spodij. ʒ. iij. semi. portulace. ʒ. quinq̄ semi. cucumeris. ʒ. quattuor. se. cucurbite. ʒ. sex gummi dragant amili ana. ʒ. iiij. liquritie. ʒ. septem. fiant ex eis trociſci incorporādo cum aliquo liquore sicut aqua rosaꝝ. aut aqua acetose. ¶ Descriptio alia propie ad debilitatem epatis.

Recipe ros.ʒ.iij. succi berberis.ʒ.ij.seminis cucumeris:melonis:citrulli:portula.spo.ana.ʒ.ſ. gummi arabici amili dragāti ana.ʒ.ß. reubarba. croci.campbore ana. quartā.ʒ.ſ.fiant trociſci. bos dicit valere ad debilitatē epatis ppter reubarbarū. ¶ Pro qua parte notandū bos trociſcos conuenire in declinatione tam precedentibus euacuatiōibus:tum ad extinguendū caliditatē:tum ad vniendum ſubſtantiā membrorū nobiliū et ea confortandum. datur autem conuenienter de eis.ʒ.ſ.cum aqua ro.aut acetoſe et ſimilibus ita vt bibi poſſit.

¶ Cibi vero ſint illi qui fiunt ex iuiubis: et illi qui fiunt ex lentibus cum aceto ⁊ granatis et ſumach). Et ſi ſit aliquid eorum cōſtrictio cuius timeatur frangatur cum ſiracoſt et prunis et cum eo quod fit de cucurbita ⁊ cum herba acetoſa. et eius fructus ſint pira de ſeni et granata et mala de ſeni. et eius olera ſint cucumeres et eucurbite ⁊ allebeted et endiuia et olus benedictū et acetoſa et coriandrus et que ſunt eis ſimilia.

¶ In preſenti parte curās per dietam dicit cibos conuenientes illis qui fiunt ex iuiubis et qui fiūt ex lentibus conditis cum aceto et cum granatis et cum ſumach et omnes infrigidant ⁊ ingroſſant. et omnes conueniunt ſanguine exiſtente ſubtili ⁊ bec ſanguine exiſtente groſſo ſunt vitanda. ¶ Secūdo dicit quod ſi ex aliquo iſtorū timeamus cōſtrictionem meatuum ſiue opilationē aut conſtrictionem ventris frangantur cum ſiracoſt et manna aut prunis miſcendo illa cum ſupraſcriptis ⁊ dando poſt illa. Item nutriatur cum ſolo cibo facto ex cucurbita. Itē acetoſa et eius fructus ſunt pira de ſeni. i. de regione illa et granata et proprie muza acetoſa. et mala de ſeni et eius olera ſint cucurbita cucumeres allebeted. i. citrulli endiuia olus bñdictū. i. portulaca ⁊ acetoſa et coriandrū et ſūlia frigida.

¶ Et ſi accidat dolor capitis aut pulſus cordis:aut vigilie:aut profunditas ſomni: aut fluxus ſanguinis narīū ſuperfluus deſtruens virtutē et alia de accidentibus ſuis cura cum eis que docuimus te in loco ſuo. ¶ Hic procura accidentium remittit nos ad capitula ſupraſcripta in hac fen. in quibus omniuz ibo rum ponitur curatio. ¶ Dicit tamen fluxus ſanguinis deſtruens virtutem. q: fluxus ſanguis creticus nō eſt reſtringēdus niſi manifeſte debilitet virtutē.

**Dubitatur** vtrum liceat in ſinocba flebotomare vſq; ad ſincopim. negatiue arguitur primo per Raſim decimoſeptimo continentis dicentem. dico magne ſagacitatis eſt non ſubtrabere ſanguinē ſubito vſq; ad ſincopim ſed trabere prima vice medictatē. Et idē dicit Auicenna in hoc capitu. Et partitio in ea ⁊c. Et Galenus ſecundo terapētice di. duos flebotomatos vſq; ad ſincopim mortuos fuiſſe. nullum tamen dicit flebotomatū citra ſincopim mortuum fuiſſe. ergo nō videtur eſſe flebotomādū vſq; ad ſincopim inclusiue. tertio ſincopis eſt accidens ſeuiſſimū maxime vitandum. ergo per flebotomiā nemo debet duci ad ſincopim. quarto quecunq; nocumenta vitantur et quecūq; iuuamēta ſequūtur flebotomādo ad ſincopim ⁊ vitātur ⁊ ſequūtur nō flebotomādo vſq; ad ſincopim. ergo non eſt faciēda flebotomia vſq; ad ſincopim. ptz ꝓña: et antecedēs probatur. quia diuidēdo flebotomiā in modico tempore vtputa in ſpacio vnius bore aut duarū: poterit eadem quātitas extrabi vtputa due libre abſq; boc quod ſequatur ſincopis que due libre extracte continue facerent ſincopim et vtrobiq; eadē iuuamenta ſequūtur et eadem nocumēta vitantur. ergo ⁊c. ¶ Et confirmatur. q: flebotomia tarde quāuis cōtinue ſanguinē educendo minus debilitat quā flebotomia velociter et cōtinue tantundē de ſanguine educens. Sit ergo q; in duplo minus et pono quod vna lib. ſanguis continue et velociter per flebotomiā extracti precise inducat ſincopim in for. tunc arguit̄ ſic. Flōmia educēs tarde ſanguinē q̄ fit a. in duplo min⁹ debilitat quā flōmia velociter educens: q̄ fit. b. g̃ in duplo plus de ſanguie extractū p flōmiā precise ducit for. ad ſincopim: ⁊ min⁹ eo nō ducit fortez ad ſincopi: vt exempli gratia extrabēs in ſexquilatera plus ⁊ bec que fit. c. que faciet iuuamenta et vitabit eadem nocumenta que facit et vitabit. b. et bec eſt infra ſincopim. b. x̄o ad ſincopī. ergo ⁊c. ¶ Preterea arguit̄ rationib⁹ Auer. ſeptio colliget. cōtra Gal'. quarū prima eſt iſta. illa euacuatio nō eſt faciēda q̄ eſt inartificialis: ſz eūoviſq; ad ſincopī eſt inartificialis. g̃ nō eſt faciēda. tenet ꝓña: maior eſt manifeſta: ſz minor ꝓba: Gal'. illa euacuatio eſt inartificialis que eſt cōtraria operationi nature: ſed euacuatio vſq; ad ſincopim eſt contraria operationi nature cuz natura nō faciat euacuationē vſq; ad ſincopim niſi in crīſibus mortalibus. ¶ Secunda intentio euacuationis eſt euacuare ſuperflua ſeruata tanta quantitate ſpiritus et humorum quod virtus non cadat: ſed in flebotomia vſq; ad ſincopim virtus cadit. ergo non debet eſſe intentio ad faciendū eam. ¶ Tertio ſi eſſet facienda flebotomia vſq; ad ſincopim maxime eſſet quoniam infrigidat malam complexionem forte: ſed iſtud iuuamentū non eſt conueniens cum fit de per accidens. ſequitur enim paucitatem ſanguis et ſpiritus quod eſt nociuuz. ¶ Quarto minus malum eſt quod poſt euacuationē aliquid ſuperfluuz maneat et cum boc notabiliter de caloze naturali quam quod totum ſuperfluū remoueat̄ cum maxima paucificatiōe caloris naturalis: ita vt cadat virtus: ſed primū fit per flebotomiam citra ſincopim. Secundū x̄o per flebotomiam vſq; ad ſincopim. ergo pria faciēda eſt: ⁊ nō ſcda. ¶ Quinto ꝑm plurimū in ſinocba būores ſunt ſuperflui ſanguini admixti apti ad pntredinez qui per diminutionem caloris per flebotomiā vſq; ad ſincopim putrefient et facient aliam feb. cum calor naturalis diminutus nō poſſet ſe a putredine tueri. ergo inconuenies eſt flebotomare vſq; ad ſincopim.

**In oppoſitum** eſt Galen⁹ non o terapentice. et Auicenna in parte preſenti: quod ſi febres perſeuerauerit tūc flōma ⁊ nō ceſſes flōmare donec appropiquet ſincopi aut cadat in ſincopim ſi corp⁹ forte fuerit.

**Inter illos** duos autores et Auer. non oportet in ponendo concordiam elaborare ſicut quidam tentauerunt cum a propoſito ſint diſcordes. Videamus ergo cuius rationes ſunt fortiores et illum ſequamur. ¶ Rōnes Auer. iam dicte ſunt. audiamus rōnes pro opinione Gal'. In primis Azarauius et Auēzoar quibus Raſis maxīe credit quos putat prestātiores medicos quā Gal'. ſunt ⁊tra Auer. i boc ca. ¶ Amplī⁹ cōueniētius ē mal⁹ periculū euitari minori periculo ſed in flōmia facta vſq; ad ſincopim maius periculum euitam⁹. ſ. mortē paruo pīculo. ſ. ſincopi a q̄ homo reſurget aſperſiōe aque frigide. periculum autē qō

aũt qõ cuitatur ẽ moꝛs feſtina ꝑ vlã ſuffocatiõis et quãdoq; ꝓpter aꝑa alicuꝰ membꝛi ꝓncipalis. ¶ Tertio ſi fiat flõmia vſq; ad ſincopim i ſinocba nõ putrida tollitur fe.et ſi fiat citra nõ tollit feb. immo multotiẽs ad putridã permutat q̃ multotiens ducit ad interitũ:quare ꝛc. ¶ Quarto in infrigidãdo eſt timoꝛ et minoꝛ quã euacuãdo apud Auer.vij.colliget.ſed vltimam infrigidationẽ concedit Auer.in ſinocba.ergo vltimã euacuationem ꝓcedere poteſt.et iſte ſunt ratiões medicoꝝ quoꝝ ſciẽtie ꝛ experiẽtie credere debemꝰ. ¶ Et ſi q̃ratur an in ſinocba putrida fit ducenduz vſq; ad ſincopim ꝑ flõmiã ſicut in ſinocba nõ putrida. ¶ Dicẽ dũ ꝙ ſic:quãdo.ſ.egritudo nõ dat indutias. ¶ Dicendũ tamẽ ꝙ minozẽ flõmiã debemꝰ facere i putrida q̃ in non putrida.vt dicit Gal'.xj°.terapeñ. v.ca.et boc qꝛ virtus in ea eſt minus fortis et ſanguis ſic nõ eſt aptus eũoni.et tertio qꝛ non poſſet feb.ceſſare per banc flõmiã.quia in ſanguine putrido nõ poſſet ſubito fieri equatio cõplexionis ꝛ ceſſatio. Itẽ oportet cõſeruare virtutẽ in putrida ad alias criſes quare minus eſt extrabendũ q̃ in nõ putrida. licet vtrobiq; vt dictũ eſt ſit ducẽduz vſq; ad ſincopim.minoꝛ tamen flõmia in putrida ducit ad ſincopim quã in nõ putrida ꝓpter maiorem debilitatem virtutis et maioꝛem malitiam materie.

**His ita determinatis** reſpõdẽdum ẽ ad rationẽs ꝓtrariũ ſuadẽtes. Ad rationẽ Raſ ꝛ Aui. dicendũ eſt,ꝙ prittio eſt meliꝛ ſi nõ fuerit ꝙ neceſſariã faciat feſtinationẽ.ſed vbi timeat moꝛs feſtina que aliquãdo accidit in.xij.boꝛis potius eligẽda eſt flõmia vſq; ad ſincopim. ¶ Ad ſcõam rationẽ de duobus flõmatis vſq; ad ſincopim moꝛtuis ꝛc. Dicendũ eſt illos moꝛtuos fuiſſe quia nõ fuerũt ſeruate debite circũſtãtie nec tenoꝛ vtutis eoꝝ. Et quãuis nõ recitet ibi aliquos flõmatos infra ſincopim moꝛtuos fuiſſe vi ſincopis: fuerũt tamen moꝛtui vi egritudinis ducẽtis ad ꝓfocationẽ vel ad aꝑa mẽbꝛi nobilis. ¶ Ad tertiũ dicit ꝙ ſincopis eſt accidens ſeuiſſimũ ꝛ maxime vitandum quãtum eſt poſſibile nec medicus flõmans intendit ꝓncipaliter ſincopim.immo vitat quãtũ eſt ei poſſibile cũ remedijs oppoꝛtunis.ſed bñ ſtatuit in mente ſua tantam ſanguis quãtitatẽ bauꝛire etiã ſi eſſet caſurus in ſincopim vt vitent mala ꝓxima pericula. ¶ Ad quartã rationẽ negat añs.et quãuis diuidat flõmia in modico tẽpoꝛe in duas partes:illa tamẽ nõ poterit ꝓbibere nocumentũ moꝛtis feſtinũ ſicut ꝓbibet continua euacuatio.ꝛ ad confirmationẽ fortе negatur ſuppoſitum.

¶Et de hoc genere ēt sumatur iterū calamenti domestici.aure.iiij.et seminis vrtice aure.xx.et epithimi aureus vnus fiant trocisci parui valde.et sit dosis.ʒ.j.

¶Quarta medicina est de hoc genere quod con/uenit a pud declinationem.℞.calamenti dome/stici aure.iiij.seminis vrtice aure.xx.epithimi au/re.vnum.fiant trocisci parui dosis.ʒ.j.iuuāt aperiendo prouocando resoluendo.et soluendo.

¶Et ex eis que bona sunt eis est vt administretur post apparitionē digestionis vsq; ad finem eius istud.Sumatur passularum de semi.aut de alacoen et allij silueſtris et mirti recētis omnium ana pars vna.et decoquātur in aqua dulci postq; infusa sunt in ea:deinde buliant exquisite et coletur et detur de ea.vncia.j.

¶Quinta medicina est ex bis que bona sunt post apparitionem digestionis vsq; ad finem eius.℞. passulaꝝ de semi.aut alaconum.i.illarum regio/num. aliter allacoen .i. matricarie allij silueſtris mirti recentis.ana.partem vnam bullant in aqua in qua prius infuse fuerint exquisite sicut ad con/sumptionem duarum partium aque et coletur et detur de ea.ʒ.j.

¶Et iterum seminis apij ⁊ anisi ⁊ cordumeni omniū ana.ʒ.v.origani silueſtris eupatorij omnium ana.ʒ.vij. ameos.ʒ.iiij.suchaba.ʒ.iij. passularum.ʒ.x. decoquantur in tribus libris aquevsquequo redeat ad libram vnam.

¶Sexta medicina.Et item.℞.seminis apij anisi cordumeni.i.cardamoni. vel scōm Joā. serapionem cui credenduʒ est dicitur carui agreste.ana.ʒ.v.origani silueſtris. eupatorij.aā.ʒ.ameos.ʒ.iiij. sucbaba.ʒ.iij.passularū.ʒ.x.decoquātur in lib.iij. aque donec redeat.ad vnā lib.et conuenit in quartana de materia frigida.

¶Et de illis que bona sunt eis est vt sumantur ameos spice ⁊ calamenti omnium ana.ʒ.x.⁊ carui.⁊ anisi.amboruʒ ana.ʒ.vij. ⁊ asse pondus.ʒ.v.⁊ zinziber pondus.ʒ.iiij. ⁊ cassie pondus.ʒ.iij.conficiantur cum sufficiētia mellis.⁊ sit dosis eius pondus.ʒ.j. cum aqua apij ⁊ feniculi.

¶Septima medicina est de illis q̄ sunt bona eis. ℞.ameos spice calamēti.ana.ʒ.x.carui anisi.ana ʒ.vij.asse.ʒ.v.zinziber.ʒ.iiij.cassie scilz lignee.ʒ.iij. mellis quantum sufficit dosis.ʒ.j.cum aqua apij et feniculi.et valet in materia frigida aperiendo et prouocando et resoluendo.

¶Trocisci huiusmodi. ℞ecipe succi eupatorij.ʒ.x.scolopēdrie.spodij.feniculi.spice.croci.omnium ana.ʒ.v. lacce ⁊ reubarbari omnium ana.ʒ.iij. seminis cucumeris ⁊ seminis portulace omnium ana.ʒ.vj. fiāt trocisci cum aqua apij ⁊ sumantur in potu cum sirupo acetoso.

¶Recipe succi eupatorij.ʒ.x.scolopendrie. feniculi.spodij.spice.croci.ana.ʒ.v.lace.reubarbari.aā. ʒ.iij.seminis.cucumeris seminis portulace.ana.ʒ. vj.fiant trocisci cum aqua apij:et sumantur in potu cum sirupo acetoso et valent in sanguinea. est enim temperate caliditatis.

¶Et iterū ad flegmaticam mirre.ʒ.xxxv. croci petrosilini amborum ana.ʒ.v.spice.ʒ. xlv.castorei.ʒ.iij.anisi.ʒ.iij.℔. seminis apij ⁊ carui amborum ana.ʒ.iij. amomi corticuʒ cassie storacis omnimm ana.ʒ.ij.⁊ tertiā sifileos adriani confectionis omniuʒ ana.ʒ. j.et tertias duas.

¶Mona et iterum ad flegmaticam mirre.ʒ.xxxv. croci petrosilini.ana.ʒ.v.spice.ʒ.xlv.castorei.ʒ.iij. anisi.ʒ.iij.℔.seminis apij et carui amboruʒ ana.ʒ. iiij.amomi et corticis caℏ.s. lignee storacis.s. calamite.ana.ʒ.ij.⁊ tertiam.fifileos adriani.s.confectionis descriptione Nicolai et Auicen.ana.ʒ.j.⁊ tertias duas.⁊ ex bis possunt fieri trocisci miscēdo cum aliquo liquore.potest etiam fieri electuarium miscendo cum melle.

¶Et quando vehemens fit rigor ēt vomitus cū aqua tepida ⁊ sirupo acetoso ad illud iuuatiuum .Qđ si virtutes eius nō obediunt:tunc cum eis quorum rememoratio precessit scōm horā. Et fiat vaporatio cuʒ embrocha in qua decocta sunt schea sandonicū ⁊ camomilla ⁊ similia.homīe coopto cum pānis laneis aggregantibus calefactionem.

¶Hic curans rigorem dicit in eius vehemētia cō uenire ⁊ conferre vomitum cum aqua tepida ⁊ sirupo acetoso.quod si virtutes eiꝰ rigoris nō obediunt.i.non sedatur per hoc: tunc curetur cū bis quorum rememoratio precessit scōm horam.s.digestionis materie. Ipsa enim existēte digesta possumus fortiora medicamina adhibere tam vomitiua quaʒ resolutiua aperitiua et prouocatiua:et vbi minor est digestio dentur remissiora. Secūdo dicit qđ euaporatio cum embroca.i.decoctiōe in qua decocta sunt schea que est species absinthij. et putatur qđ fit sandonicum ideſt herba lumbricorum camomilla et similia homine cooperto pānis laneis aggregantibus supple calefactionem iuuat.

¶Rememoratio solutiuorum quib⁹ indiget post digestionem. Capitulum.lxvj.

Hebulorum .ʒ.vj. epithimi abſinthij amborum.ana. ʒ.v. mirabolanorum citrinorum ſucci eupatorij:emblici.omnium.ana.ʒ.iiij.ſeminis apij . ⁊ aniſi. ⁊ ſeminis feniculi omnium.ana. ʒ.ij.fiat ex eis decoctio et ſoluatur cum eo cum facilitate.

¶ Recipe hebulorũ.ʒ.vj. epithimi abſinthij.ana. ʒ.v.mirabolanorum citrinorũ ſucci eupatorij emblici.ana.ʒ.iiij.ſeminis apij: aniſi feniculi.ana.ʒ. ij.et fiat ex dictis decoctio et ſoluatur cum facilitate.hec enim medicina erit leuis. et poſſunt dari de ea quatuor aut quinq; ʒ.

¶ Aut ſumatur abſinthij pondus.ʒ.x.mirabolanorũ hebulorũ.⁊ epithimi.oĩm ana. ʒ.viij.⁊ fumi terre pondus.ʒ.vij.⁊ ſuchaba. ⁊ centauree maioris.amborũ.ana.pondus ʒ.vj.eupatorij.et radicis ſquinãti amborũ ana põdus.ʒ.v.decoquãtur cum quinq; libris aque donec redeat ad lib.j.

¶ Secunda medicina abſinthij.ʒ.x.mirabolanorũ hebulorũ epithimi.ana.ʒ.viij.fumiterre.ʒ.vij. ſuchaba centauree maioris.ana.ʒ.vj.eupatorij radicis ſquinanti.ana.ʒ.v.decoquant in lib.v.aque donec remaneat vna.

¶ Pillule leues.Quando adminiſtrantur in omnibus quinq; diebus ſemel ſunt iuuãtes in ea:⁊ ſunt experte.¶ Recipe epithimi ⁊ turbith amborum.ana ʒ.x.carui.aniſi. amborũ.ʒ.ana.ʒ.vij.ameos.ʒ.viij.ſeminis apij. et feniculi amborum.ana.ʒ.iij.polipodij.ʒ. vj.agarici albi:quod facile teritur.ʒ.viij.ſalis indi.ʒ.v.yere pigre.ʒ.xv. fiãt pillule cuʒ aqua mente.Et ſit doſis.ʒ.j.℈.

¶ Tertia.pillule leues quando adminiſtrantur in omnibus quinq; diebus ſemel.℞.epithimi turbith.ana.ʒ.x.carui.aniſi.ana.ʒ.vij.ameos.ʒ.viij.ſeminis apij feniculi ana.ʒ.iij.polipodij.ʒ.vj. agarici albi facile frangibilis.nam be ſunt bone eius conditiones.ʒ.viij.ſalis indi.ʒ.v.yere pigre.ʒ.xv. fiant pillule cum aqua mente.et ſit doſis.ʒ.ſ.ʒ.et ſunt preſtantes maxime in flegmatica.

¶ Et cum materia eſt flegmatica cõferũt iſte pillule.℞.epithimi agarici ameos oĩm ana.ʒ.viij.ſeminis apij aniſi feniculi omniũ ana.ʒ.iij.ſal' naptici.ʒ.v.yerepigre turbith amborum ana pondus.ʒ.x. doſis pondus. ʒ.ij.℈.

¶ Quarta et cum materia eſt flegmatica cõferũt iſte pillule.epithimi ameos.agarici.ana.ʒ.viij. ſeminis apij. aniſi.feniculi. ana.ʒ.iij.ſalis naptici ſoluentis flegma.ʒ.v.yere pigre turbith.ana.ʒ.x. doſis.ʒ ij.℈.

¶ Et quando eſt cum dolore ſplenis iuuatur hoc medicamine ⁊ ſoluit eũ cũ facilitate.¶ Recipe ſcolopendrie.ʒ.xv.agarici.ʒ.xij. mirabolanorũ nigrorum yere.ana.ʒ.x.hebulorum:abſinthij omnium ana.ʒ.viij.ſuchaba bedeguar camepithyos ſucci eupatorij omnium ana.ʒ.vij. fructus tamariſci. radicum capparorum amborum ana.ʒ.iv. ſeminis apij:aniſi:ſeminis feniculi omniuʒ ana.ʒ.iij.fiat confectio aut pillule.

¶ Quinta.et quando eſt cum dolore ſplenis iuuatur hoc medicamine ⁊ ſoluit faciliter ſcolopendrie ʒ.xv.agarici.ʒ.xij.mirabola . indorum.yere.ſ.ſimplicis ana.ʒ.x.hebulorum abſinthij.ana.ʒ.viij.ſuchaba bedeguar ſucci eupatorij camepithyos ana.ʒ.vij.fructus tamariſci radicũ capparis ana. ʒ.iv.ſemi.aniſi.apij feniculi ana.ʒ.iij.fiat confectio permiſcendo cum melle aut zuccaro: aut fiãt pillule.et hoc aperit opilatiões ſplenis.et in electuario poſſunt dari.ʒ.viij. et in pillulis.ʒ.ij.potiſſime valet in frigida materia. Et ſi bene conſideres oẽs iſte medicine ſunt leues. Ex quo Auic. nos facit intelligere in curatione bumoris melancolici eſſe vtendũ leuibus:quod etiam debet obſeruari in curatiõe cuiuſcunq; bumoris groſſi. debent enim eſſe medicine fortes ⁊ debiles ſicut precipit Auicẽna in capitulo de cura tertiane note.

¶ Ẽbatio patientium quartanam. Cap.lxvij.

Rectius eſt vt inclinetur regimen eorum in primis ſeptimanis vſq; ad tres ſeptimanas ad ſubtiliationem quandam preterq; deſtruat virtutem. ⁊ illud eſt vt abſtieat a carne et alzumet.hoc enim minorat eorum materias ⁊ alleuiat eos et abbreuiat ſpacium egritudinis eorum.Et poſt illud neceſſarium eſt virtutem viuificare cum eis que ſunt ſicut piſces alcatradie et oua ſorbilia et pulli et altaiegi.Cum ergo peruenit ad tempus in quo ſequuntur in ea alzumet; et non minoratur egritudo tunc neceſſarium eſt cuſtodire virtutem et cibare cuʒ eo quod eſt fortius ex carnibus gallinarum et pullorum et arietum ⁊ edorum ⁊ auiũ mollis carnis ſicut ſunt pulli ⁊ aduragi ⁊ piſces boni qui nõ ſunt magni.

¶ Dic ponit regimẽ cibandi quartanarios.et primo ponit gradationẽ regiminis in quartana . ſecundo tangit conditiones ⁊ proprietates ciborũ ipſorum.tertio ponit canones in cibatione obſeruandos.ſecunda ibi.(Et ſcias quod cõditio.)tertia ibi.(Sciuiſti iterum.)In prima parte dicit q; rectius eſt vt dieta ſubtilietur a principio vſq; ad tres ſeptimanas aliqualiter: ita tamen vt non cadat virtus . quapropter hoc tempore abſtineat a carne ⁊ vnctuoſis.hec enim ſubtiliatio diete minorat materias:alleuiat egros:et abbreuiat ſpaciũ ſuarum quartanarum.Secundo dicit quod poſt hoc tempus eſt neceſſariũ fortificare virtutem cũ cibis pluris nutrimenti ſicut piſces alcatradie.i. parui petroſi:in colerica oua ſorbilia et pulli gallinarum et columborum ⁊ altaiegi.i. aues parue. cum ergo peruenit ad tempus in quo ſequũtur in ea alzumet.i.debent ſequi cibaria vnctuoſa.ſ.carnes pingues et ſimilia multi nutrimenti:et nõ minoratur egritudo. immo ſupple videmus ſtatum eſſe diſtantem:tunc neceſſarium eſt cuſtodire virtutem et cibare eum cũ eo qõ eſt fortius.i. pluris nutrimẽti ſicut ſunt carnes gallinax pullorũ arietum.i.agnox

tum.ſ.agnorum et caſtra torum iuuenum et edorū et autum mollis carnis ſicut ſunt pulli.ſ.colūborum et aduragi.ſ.turturum.et piſces bene condi/tionati qui nō ſunt magni in ſpecie ſua.quia ſunt difficilioris digeſtionis et groſſioris nutrimenti et magis viſcoſi quā piſces parui. ¶Notandū q̄ in quartana et in aliquibus alijs feb. aliquando in p̄incipio ſubtiliamus dietā:et poſtea ingroſſamus multis ex cauſis.Primo quia dietam⁹ ali/quando ſcōm preſentem diſpoſitionē et nō in re/latione ad ſtatum.et in hoc caſu quandoq̄ a prin cipio ſubtiliamus ꝓpter multitudinē materie et poſtea ingroſſamus timore caſus virturis. Scōo quando ignoramus egritudinē a p̄incipio ſubti liamus vt natura cibo nō grauata ſe totam con/uertens contra materiā egritudinis ſuperet ipaz aut ſaltē manifeſtet.Tertio quando egritudo ter minatur per paulatinā conſumptionē materie et materia continue paucificatur. Quarto quando ſtatus eſt valde lōginquus ſicut in quartana a p̄n cipio ſubtiliam⁹:ſed nō multū vt natura nō mul/to cibo impedita ſeſe melius conuertens contra materiam ipſam ſubtiliet et digerat. ſperam⁹ eñ q̄ poſt tres ſeptimanas poterim⁹ ingroſſare die/tam donec virtus bene reſtaurata fuerit.et poſtea ſubtilando procedere vſq̄ ad ſtatum. Unde pro/pter aliquas aut vnā ex iſtis cauſis Ysaac in ter/tio fe.in cura quartane dicit abſtineatur a pullis gallinaceis ſtarna et perdice per tres bebdoma/das initiantis febris ne cum vnctuoſitate carnis caleſiat et nutriatur febris .quia vnctuoſum in fe bre eſt quaſi oleuz in lucerna. Ex quibus inferē q̄ Alzumet que prohibet Auic.in p̄ncipio ſunt ciba ria ſic facta ex carnibus vnctuoſis et lardone. aut ex carne ⁊ piſcibus conditis cū oleo ſicut eſt mos ſaracenorū et omnia valde vnctuoſa.et aliquādo per alzumet intelligunt panem ſuper quem cadit pinguedo carnis cū aſſatur:licet tamen valde vn ctuoſa etiā non ꝓuentūt in ꝓceſſu.verū ius galli/ne pinguis:non tamē valde vnctuoſum.⁊ ſimilia: imo ipſa gallina magis cōuenirет in ꝓceſſu q̄ in p̄incipio et hec eſt mens Auic. ¶Secundo no/tandum qō Auic.hic incipit regimen ſubtile ſine carnibus poſtea dat carnes cum ingroſſat dietā. et in hoc ſe confert iſtis.ſuperius autem pro ſubti li dieta incepit ab aliq⁹ minutis et in ꝓceſſu in/groſſando ad pullos.et in hoc non eſt ꝓtradictio quoniā vtraq̄ gradatio eſt poſſibilis in diuerſis hoibus:etiñ diuerſis diſpoſitionibus vnius bo/minis.et cum mutatur quartana rius ab abſtinē/tia a carnibus ad carnes incboandum eſt a carni bus minoris nutrimenti.⁊ procedendum eſt pau latim ad carnes pluris nutrimēti ſicut de auibus paruis ad pullos et edos. Et econtra ingroſſata dieta et confortata virtute procedēdoverſus ſta/tum procedat cōtinue magis ac magis attenuā/do dietam.

¶Et ſcias q̄ cōditio in eo ex quo cibatur habēs quartanā eſt qō ſit aggregans pro prietates:quarum vna eſt vt non ſit crudū: imo reſoluēs cruditatē quam facit acci/dere melācolia.et ſcōa eſt vt nō ſit groſſuz: imo ſubtiliās groſſum. et tertia eſt vt nō ſit conſtrictiuū:imo ſoluēs ventrē.et quar/ta vt ſit ſanguis ex eo generatus laudabi/lis et plurimū quidē eſt ita illud qō habet caliditatem et humiditatem.

¶Hic ponit quatuor conditiones ciboz patien tium quartanā. Primo eſt qō non ſit crudus.ſ.ma teriam incrudans aut generans materiam crudā imo deſtruat cruditatē quā facit accidere melā/colia.Secūda eſt vt nō ingroſſet:ſed potius ſubti liet groſſum.Tertia vt ſit lenitiuus ventris.Quar ta vt generetur ex eo ſanguis laudabilis et ſcōm plurimū cibi calidi et humidi ſunt tales vt patet diſcurrendo.Hi autem calidi magis conueniunt in melancolia frigida quā calida:immo in multū calida non conueniunt licet humidi in omnibus ſpeciebus melancolie conueniant.

¶Et tu iam ſciuiſti qūo cibeť ante poriſ/mū et ꝓ quot horas et quare illud.et ſciui/ſti iteruz qō quādoq̄ neceſſarius eſt cibus in paroxiſmo et proximo eius ꝓpter cau/ſam predictam. verū rectius eſt vt eueniat febris ventre vacuo vt nō occupeť natura cū materia alia niſi cum materia egritudi/nis donec expellat eam. ⁊ vinum ſit purum ſubtile.

¶Hic ponit canō.tu iam ſciuiſti in capitulo de ci batione febricitantiū quomodo cibentur ante pa roxiſmum et per quot horas ⁊ quare cibantur. Et iterum in eodē capitulo q̄ quandoq̄ neceſſarius eſt cibus in paroxiſmo et in p̄incipio ei⁹ propter cauſam ibi dictam. Attamē melius eſt vt occurrat febris ventre vacuo vt natura non occupetur cum materia alia preter materiam egritudinis donec expellat eam. ¶Secundus canō.⁊ vinum ſit purū ſubtile maxime in quartana frigida et proprie in proceſſu.ſed in quartana calida melius eſt vt ſit aliqualiter limphatum et maiorem in ea debem⁹ expectare digeſtionem anteq̄ detur q̄ in frigida. et debet eſſe clarum ſubtile et vnius anni tantum vt humectet.

¶Cura quartane continue. Cap. lxviij.

Diſpoſitio huius febris eſt ſecūdum qō enūciauimus ante ip ſam.⁊ canon in ea eſt homoge neus canoni quartane interpo late et nō diuerſificatur ab ea niſi in rebus paucis.De illis eſt qō declina tio in illa ad equalitatem in calefacientib⁹ et ad infrigidationē in hac eſt melior pro/pter adherentiam febris:quare oportet ut adminiſtrētur in curatiōe eius ea que ſunt ſicut ſirupus acetoſus cū ſeminibus et ge/leniabim ⁊ aqua de radicib⁹ equalis ⁊ ſup/poſitoria cū melle. Et de illis eſt qō flebo/thomia in hac ē magis neceſſaria:qñ ma/teria eſt magis cōprehenſa in venis. Et de iſtis eſt q̄ licētia in carnibus in hac egritu dine eſt minor.ideo caue hoc.

¶Hic dimiſſis diuiſionibus dicit. qō diſpoſitio huius febris eſt ſcōm qō dictum fuit in precedēti capitulo:ideſt qō raro accidit. Secundo dicit qō eedem ſunt intentiones in cura quartane cōtinue et interpolate ⁊ non eſt differentia niſi in paucis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

primo quod declinatio ad calefaciendum equaliter:idest secundū exigētiam materiei et reliquarum circunstantiarum in interpolata. et ad infrigidandum vel minus calefaciendū in hac est melior propter adherentiā febris. quare oz vt administrēt in curatiōe but? sicut sirupus acetosus cū seminibus.s.feniculi ⁊ petrosilini et gelensabim. idest conditū de rosis et aqua de radicibus equalis:vtputa feniculi et petrosilini quibus forte addant capilli veneris et forte endiuia et similia ꝑm exigentias. Sed bis fere bonum est semp addere boraginem et buglossam. Jtē fiant suppositoria cū melle et nō ita acuta:sicut in interpolata. Secūda differētia qō in continua magis cōuenit flebotbomia et ꝙ materia est contēta in venis. Tertia qō liberius concedūtur carnes in interpolata quā in ꝯtinua. Caue boc idest obserua boc. et idē de vino. dieta debet esse magis tenuis in cōtinua quā in interpolata. ¶ Cura eius nouē exigit intentiones. Prima est debitū regimen sex rerum. scōa est materierū ꝯmuniū eductio. tertia est flebotbomia. quarta ē euacuatio ꝑpria et sepe iterata ꝑcedentib? digestiuis scōm plurimū. quinta est ꝓuocatio vomitus. sexta prouocatio vrine. septima est eductio materie ꝑ poros cutis insensibiliter. octaua mēbroꝝ ꝙfortatio. nona accidentiū correctio. Et bic sicut in cura reliquarū febriū posui flebothomiam pro tertia intētione quāuis sub quarta includatur. quare flebotbomatur cōiter in bac febre negligitur:que tamē est ꝑstantissimū remediū si fiat vbi oportet et scōm ꝙ oportet. ⁊ econtra est multū nociua si fiat vbi nō oportet et scōm ꝙ non oportet. ¶ Pro prima intentione regimē declinet ad bumidū. sed in quartanis a melācolia flegmatica aut fecali declinet aliqualiter ad caliduz. sed in reliquis aliqualiter ad frigidū. Dieta a principio vsqꝫ ad tres septimanas debet esse tenuis:sed non multū. quapropter aut dimittant carnes aut vtantur paucis carnibus et modici nutrimēti. sed tēpore nostro melius est vt vtantur carnibus ficut auibus paruis. postea pullis. deinde grossioꝝ? et pluris nutrimenti. et postea si videbit stat? secuturus cū seuis accidētibus. vt quia paroxismi crescant intensiue ⁊ duratione dieta paulatim attenuetur vsqꝫ ad statū inclusiue. Si vero nō:cōtinuetur dieta iam dicta. Cibi autē sui habeāt quatuor conditiones. Prima qō nō sint crudi:immo resoluentes cruditatē quā facit melācolia intelligēdo ficut dictū est in expositiōe buius passus. scōa vero qō nō sint grossi:immo subtiliantes. tertia sint lubricatiui ventris et nō ꝙstrictiui. quarta sint generatiui boni sanguinis ⁊ scōm plurimū calidi et bumidi sunt tales licet calidi magis ꝓuenīāt in frigida. imo i notabiliter calida ficut in colericā debent esse frigidi. bumidi autem conuenīūt in omnibus. Cibi autē frigidi et bumidi aliquando misceātur cum calidis remittentibus frigiditatē et nō bumiditatē ficut lactuca que forte esset minus frigida misceretur cū calidis non mouētibus bumiditatē:ficut cū ficubus aut cū temperatis in caliditate ficut boragine ant buglossa. Cibi vero acuti salsi in fine ꝑcedūtur propte in flegmatica vitentur ficca inquātum ficca. vinū sit purum subtile:in calida tamen aliqualiter limpbari debet. somnus sit longus; quies animalis et corporea conueniunt. vitentur motus laboriosi. ¶ Lentatur venter iuxta secundā intentionē cum clisteribꝫ aut sumptis per os ficut est cassia. et est bonū vt cum bis lenētibus sit mixtum aliquod leuiter educēs melancoliam ficut serum caprinum cū cassia aut decoctio epitbimi cum eadem et similia. et vomitus etiam adiuuetur cum leuibus in ꝓncipio maxime natura tentante. et bonum est etiam vt materie cōmunes que sunt in venis educantur cū leuiter prouocantibus vrinam et sudorem. ¶ Flebotbomatur iuxta tertiam intentionem cum vrina ē grossa reliquis consentientibus scōm plurimū in principio. et aliquando in processu conuenit licet a principio non conuenerit. sed maxime conuenit quando melancolia est sanguinea. et si non est magna indicatio de flebotbomia dimittatur. ¶ Sed de euacuatione materie propie cum solutiuis iuxta quartam intentionem bonū est vt ꝓmittantur digestiua. quia bumor est valde inobediens nisi melancolia sit nimis superflua. aut forte esset in vijs ductuum et digestiua accōmodent bumori melancolico facienti febrem. et in principio digestiua sint minus subtiliantia incidentia prouocantia et aperientia ⁊ in processu magis. ⁊ euacuantia sint propria contra materiam: et etiā contra bumorem ex quo genita est. et cōmuniter euacuetur in die ante paroxismū. digestiua autez cōmunia sint ficut sirupus de pomis sirupus de epitbimo aqua boraginis et buglosse. serum caprinum. et multa posita sunt ab Auicen. valentia in omni materia. sed in processu bis addatur sirupus acetosus mellinus aut zuccarinus scōm exigētiā et balneū aque dulcis parue more iuuat ad digestionem. et euacuatiua sunt ficut sene epitbimū polipodium et similia. fortia vero ficut lapis lazuli lapis armenus ellebozus niger. Cōposita reperiūtur multa debilia et fortia. sed cōmuniter vtendum est leuibus et leuiora competunt in ꝓncipio cum apparet digestio. fortiora cōpleta digestione competunt. ¶ Prouoceturvomitus iuxta quintam intentionez primo cum lenibus ad educendum materias cōmunes que sunt i stomacbo. postea materias propias antecedentes et coniunctas. et debet esse fortior quāto magis ꝑcesserit digestio. Et quādoqꝫ fit in die paroxismi parum ante paroxismū quandoqꝫ in die quietis: sed maxime tentandus est natura adiuuāte et in quibus est difficilis vomitus ꝑcedat cibatio cū multo potu vini aut aque:aut amborum scōm exigentiam materie et consuetudinem. Multa autē vomitiua posita sunt i textu debilia fortia et mediocria. ¶ Prouocetur vrina iuxta sextam intētionem in principio cum lenibus in processu cum fortioribus magis aut minus calidis scōm exigentiam materie et temporis egritudinis: quorum copiaz babuisti in precedentibus capitulis. ¶ Educatur iuxta septimam intentionem materia per poros cutis cum sudore. et insensibiliter cum fricatione que fit fortior in processu quā in principio. Jtem cum aqua ordei vino subtili admixta. Jtem cum suffumigijs que maxime fiunt natura tentante sudorem. ex fortioribus vero que dantur materia digesta et notabiliter miorata sunt ficut tyriaca metridatum dyatrion pipereon medicamen de assa et similia cum vino potenti. nam bec exbibita in principio paroxismi actu calida ꝓuocant sudorē et aliquando educūt totam materiam maxime in declinatiōe. et debet post borum sumptionē pannis cooperiri. Sed bec valde calida non sunt administrāda nisi in flegmatica ⁊ fecali. balneū. ℞o in oib? spēbus cōuenit. ¶ Confortet iuxta octauā intētionē cor cerebrū ⁊ mēbra naturalia cū electuario regum dyamusco ⁊ similibus magis aut min? calidis

calidis scom exigentiam. ¶ Corrigantur accidentia iuxta nonam intentionem scom q oportet.

¶ De febre sextana septana et similibus. Ca.lxix.

HEc nominatur phitamos ⁊ quidam nominant huiusmodi febres reuolubiles. Iste generantur ex materia homogenea materiei quartane: sed est minor et grossior. Et plurimum quidem fiunt ex melancolia flegmatica.

¶ In hoc capitulo auctor determinat de quibusdam febribus annexis quartane. Et primo inuestigat possibilitatē earū opinione propria ⁊ aliorum. secundo ponit curā. secunda ibi. (Appropinquatur.) Prima in tres. ṗmo notificat has febres ratione nominis et materie. secūdo ponit opiniones Hypo. et Gal. de possibilitate et impossibilitate dictarum febrium quintane sextane et septane. Tertio pertractat hanc materiā scom opinionem propriā. secunda ibi. (Sextanā autē.) tertia (Et ego quidē opinor.) In ṗma parte dicit istas febres nominari pbitamos et quosdam nominare illas reuolubiles. secūdo dicit has febres generari ex materia nature consimilis materie febris quartane et eam scom plurimū esse materiā flegmaticam. ¶ Notandū qō Auicen. tria dicit de materia harū febrium. Primū quod earum materia est eiusdem generis vel speciei cū materia quartane. Cuius ratio est. quia est materia melancolica. sed grossitie et paruitate tardat motū. Secundo dicit qō harum materia ē grossior et paucior materia quartane. propterea tardius mouetur quā materia quartane. nam grossities et paucitas retardant paroxismū: sicut ecōtra subtilitas et multitudo ipsum accelerant. tum quia tales subtiles et multe facilius mouētur. tum quia magis stimulant virtutem. Tertium dictū. qō quāuis sint multe species melancolie. tamen vt plurimuz fiunt ex melancolia facta per adustionē flegmatis. et hic est sermo Rasis. xvj. continentis capitulo secūdo. Huius autem tertij dicti ratio est. quia melācolie ex alijs humoribus cum perueniunt ad maiorem ingrossationem per calidum adurens ad paucitatem tantum incinerantur et paucificātur quod cinis ille non potest amplius putrefieri. et si putrefit non potest deferre calorē actualem ad cor sufficientem ad febrem. non enim est illis humoribꝰ humidum tenax. sed flegma. quia habet multam viscositatem potest comburi et fieri melancolia q̄ faciet quartanam. et si amplius comburatur ⁊ terrestrificetur faciet quintanam ⁊ sextanam. nā adhuc remanebit humidum qō potest putrescere et euaporando portare calorem febrilem notabilez ad cor. sicut carbones facti ex lignis viridibꝰ magis emittunt flammā quam facti ex lignis siccis.

¶ Sextanam autem ⁊ septanam et q̄ sunt post illas Hypocra. dixit.

¶ In hac parte agens de possibilitate aut impossibilitate harum febrium. Primo ponit opinionē Hypo. scō Gal. secunda ibi. (Et Gal.) In ṗma parte dicit quod sextanam et septanā et que sunt post illas. s. octauanam et nonanam dicit Hypo. in libro epidimiarum fieri.

¶ Et galenꝰ dixit. ego non vidi in vita mea aliquam ex eis: neq̄ vidi quintanā nudam fortem et neq̄ est febris nisi quasi occulta. Inquit et non est longinquū quin sit causa in septana. verbi gratia. et nouena regimē qō quādo administratur et curritur super ipsum facit febrem. nā iteratio facit necessario in huiusmodi hora illam febrem et si dimitteretur et rectificaretur non faceret. Est ergo causa in periodis eius ⁊ in ipsius iterationibus reiteratio regiminis: ⁊ periodi eius non sunt periodi materie que effundatur ⁊ eius reditiones. Inquit oportet vt obseruetur in experientia huius egritudis hec intentio itavt non accidat error.

¶ Hic primo ponit opinionem Gal. secundo assumit intentionē eius. secunda ibi. (Quāuis Gal.) In prima parte dicit Gal. dixisse in primo de differentijs febrium quarto capitulo. sed prolixius in cōmēto epidimiarum se nunq̄ aliquam vidisse ex eis. s. sextanam neq̄ septanam aut aliam ex sequentibus: immo nec quintanam nudam. i. alteri non associatam fortem. i. manifestam: immo non visa est ab eo febris nisi occulta quidem. i. cū alijs complicata. ¶ Item quia remissa. Secundo dicit quod non est longinquum. s. a veritate: quoniam causa septane et nonane sit regimē quod quando administratur ⁊ currit super ipsum. i. continuatur facit has febres. nam alteratio regiminis cōsimilis priori regimini quod fecit primum paroxismū facit necessario i hmōi hora. i. in die correspōdēti illam febrem. ⁊ si illud regimē dimitteretur ⁊ rectificaretur ideſt fieret regimen conueniens contrarium primo non faceret febrem. ergo causa periodoꝝ et reiterationū illiꝰ febris. s. reiteratio regiminis primi. et periodi huiusmodi feb. non sunt periodi materiei que effunditur ad locum minere putredinis eius. Et non sunt eius. s. materie reditiones que. s. existēs in aliquo cumulo pellatur pars post partem sicut fit in tertianis quartanis ⁊ similibus secundū naturam materiei: immo per malum regimen continuatum cuiuscq̄ paroxismi materia de nouo generatur. aut forte aliquis humor preexistens putrefit forte prohibita transpiratione. et forte nunc vnus nunc alius. ¶ Tertio dicit Gal. dixisse quod obseruetur in experientia huius egritudinis an pendeat a regimine malo continuato an a materia que effunditur per partem post partem et non fit error in regimine. imo supple ordinetur regimen contrarium primo.

¶ Quāuis galenꝰ sit quasi negans aduentum harum febrium. et quasi qō sit necessarium vt sit huiusmodi febris alia radix. Verum hypo. iam verificauit sermonem in inuentione septene et nouene. et non est illud manifestum mirabile neq̄ manifeste īpossibilitatis. ita vt sit necessariū in eo redire ad administrādum. Et sermones quidē quos locutꝰ est hypocrates in capitulo harū febrium sunt qō septena est prolixa et non ē mortifera: et nouena est logior ea et nō est mortifera. Et dixit qō quintana est deterior febrium. quoniā fit ante ptisim et post ipsum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Hic Auicen. assumit intentionem Gal. dicēs q̄ Gal. est quasi negans aduentū harum febrium. q̄ nō absolute negat eas: sed negat eas accidere sicut accidunt alie febres paroxismales. i. ſm naturam humoris periodicantis quottidie sicut flegma. aut de tertio in tertiū sicut colera. aut de quarto in quartū sicut melancolia. cuius negatiōis ratio est. quia si darentur he febres: tūc daret alia radix. i. alius humor a quattuor generibus humorū. sed hoc est falsum. consequentia tenet. quia humor faciens has febres non potest esse melācolia que mouetur de quarto in quartū nec colera nec flegma propter similem causam nec sanguis. q̄ facit motū continuū. ergo necessario erit alius humor distinctus ab illis. Et hoc est quod dicit Rasis. xvj. continentis vltimo capō. dixit Gal. s. in lib. epidimiarū. Non vidi feb. currere per septē et displicet mihi dictū Hyppo. hoc affirmātis. q̄ impossibile est vt dicat de quo humore est. Aliter potest exponi radix alia ab hūoralī. q̄ radix huius febris nō est aliquis humor qui sc̄m naturā suā faciat hāc feb. sed solum malitia regiminis. ¶ Sc̄o dicit q̄ Hyppo. dixit cum veritate inueniri septanā ⁊ nouanam. ⁊ hoc non est manifeste mirabile aut manifeste impossibile. ita vt sit necessarium in eo redire ad administrandū. i. ad inueniendum aliquas causas occultissimas. Mysteria enim sunt res occulte soli deo cognite vl̄ difficillie cognite. ¶ Tertio dicit q̄ sermones quos locutus est Hyppo. in capō haruz feb. sunt q̄ septena est prolixa: sed nō mortifera: ⁊ nouana longior ea: sed non mortifera. ⁊ dixit q̄ quintana est deterior febris: quoniaz fit ante ptisim aut post ipsam. Et dixit in ea Gal. vt scitis in commētando textum illum satis diminute ⁊ parum ad mentē Hyppo. quare tex. ille indiget expositiōe. Textus autem de quo est sermo hic in primo epidimiarum fic iacet. Quintana oim pessima. etenim ante ptisim ⁊ iam ptisim patientibus interficit. Commentū Gal. est hoc. Qui ptisim patiuntur etbica febriunt febre nunquaz desinente. Euentus namq̄ eius sicut ⁊ aliarū omniuz iam didicisti in libro de differentiis febrium. et eā que per tertiā aut per quartam diem paroxismāl̄tur: sicut dicit Hyppo. eam q̄ per quintam. de qua quintana existimes causam dictam a nobis quod de septenis ⁊ nouenis paruz ante audiuisti. Dixit autem Gal. in cōmēto precedēti non reperiri has febres nisi casualiter. Ex quibus verbis aperte liquet Gal. in commentando textum illum fuisse diminutū ⁊ parum declarasse mentē Hyppo. Eget ergo sermo iste expositione ppria Aui. intendētis tex. illum declarare et ponere opinionem suam in hac materia dicit.

¶ Ego quidem opinor huic sermoni modum quēdam. et est vt sit ptisis significans ethicam. ⁊ sit sermo ei⁹ quintana subiectuz propositionis indefinite nō significātis cōmunitatē. Ergo ē quasi dicat qō de q̄ntana est vna species deterior febrium. Iergo ē significatio huius sermonis eius qō cū febres prologantur et permiscētur et diuersificātur perueniūt plurimū ad inflāmandū mēbra principalia et ad ethicā. ⁊ de ppria tate harum febriū ē vt stent in fine suo ſm ordinē vnū. et plurimū illi⁹ sup quartanā. et iā testificati sumus eam quintanā. verū ipsa perducit ad quartanā quando in hūoribus ē exuberatio et in hūiditatibus multitudo. Cūq̄ liquefactio iaz multiplicatur et euacuationes sensate ⁊ insensate frequētes fiunt non remanet in hūoribus cinerei tas nisi illud qō minus est et grossius. et illud facit esse necessarium vt sit paroxismus tardior et fiat illa que fuit quartana quintana. Et in huiusmodi quidem dispositione fortasse erit corpus preparatū vt inflāmetur et fiat ethica.

¶ In parte presenti Auicen. pertractās hanc materiam primo exponit textū Hypo. in primo epidimiarum. ⁊ declarat mentem eius. sc̄o cōfutat rationes ptra Hypo. ⁊ remouet quādā instantiam. tertio summis laudibus extollit Hypo. dicēs sue auctoritati credēdum esse. quarto dicta Hyp. confirmat ex relatu ⁊ visu. sc̄a ibi. (Et nō oportet vt negetur.) tertia ibi. (Amplius non est. quarta ibi. (Et iam retulit.) Prima in duas. In prima ostendit quomodo q̄ntana q̄ est deterior feb. aliqn̄ antecedit ptisim siue ethicā. Sc̄o oīndit qūo aliqn̄ subsequitur. sc̄a ibi. (Et iterum ethica.) ¶ Sed pro notitia prime partis est sciēdum qō Auicen. intēdens declarare dicta Hypo. primo epidimiarum ⁊ maxime illud. quintana est deterior feb. qm̄ fit ante ptisim. et post ipsam premittit sex propositiones dicēs. ¶ Ego opinor huic sermoni Hyp. esse modum quēdam. i. quēdam intellectum verū: ⁊ tunc ponit primam propositionē que est q̄ ptisis significat ethicam. i. cōuertitur cum hoc termino ethica. ⁊ non accipitur hic ptisis pro ethica. sequente vlcus pulmonis. ¶ Secunda propositio ē vt sit sermo eius quintana subiectum propositionis indefinite non significātis cōmunitatē. ergo est. quasi dicat. quintana est vna species deteriox febrium. i. qō subiectū huius propositionis quintana est deterior febris est subiectum propositionis indefinite: cum in ea subijciatur terminus cōmunis sine signo. vnde significat qō aliqua quintana ē deterior febris. ¶ Tertia propositio. ergo est significatio. i. verificatio huiusmodi sermonis eius quod febres cum ꝓlongant̄ ⁊ permiscētur ⁊ diuersificantur perueniunt: vt plurimū ad inflammandum mēbra principalia ⁊ ad ethicam. i. q̄ febres permixte diuersificate prolongate. et diuersificate. i. facte inordinate vagantes in suis paroxismis inflāmāt mēbra principalia. ⁊ proprie cor ⁊ ducunt ad ethicam ⁊ hec propositio nota est ex dictis Galeni in cōmento tertij pronosticorum. ¶ Quarta propositio est de proprietate harū febrium. et est vt stent in fine suo sc̄m ordinem vnū et plurimum illius. s. ordinis trāsit super quartanā. ⁊ iam testificati sumus eam quintanam. i. feb. inordinate vagantem propter difformitatem in adustione humorum a quibus pendent. tandē reducūtur ad vnum ordinem. q̄ transeunt in quartanam et aliquando in quintanam que secundum plurimum sequitur quartanam: aliquando non. Causa autem huius est. quia humores a quibus pendent huiusmodi feb. inordinate cum prius essent difformes in adustione tandem reducunt̄ ad vniformitatē cum sunt versi in melancoliam. propterea faciunt feb. vnius modi secundum formaz et proprietatem melancolie que est quartana. et aliquando est quintana: quam secundū plurimum precessit quartana aliquando vt ostendetur.

¶ Quinta

¶ Quinta ꝓpositio. verū ipsa. s. febris inordinata perducit ad quartanā quando in būoribꝫ est exuberatio. et in būiditatibꝫ multitudo. Cū aūt liqfactio tā multiplicatur ⁊ euacuatiōes sensate freqntes fuerint nō remanet in būoribꝫ cinereitas nisi illius qđ est minus: et illius qđ est grossius. et illō facit eē necessariū vt ꝓxim⁹ sit tardior ⁊ fiat illa q̄ fuit q̄rtana q̄ntana. i. febris iordinate vagās ꝓducit ad q̄rtanā qñ būor melācolicus ē mult⁹ nec valde ingrossatus ꝑ adustionē. Cum aūt ꝓcedēte adustione et liquefactione et multiplicatis euacuationibus sensatis aut insensatis būor melācolicus paucificatur et ingrossat paroxism⁹ fit tardior et fit tranſit⁹ ex quartana in quintanā. ¶ Sexta ꝓpositio ⁊ in but⁹ quidē dispositione fortasse erit corpus preparatū vt inflāmet ⁊ fiat etbica. i. corpus existens in hac dispositione erit paratum ad etbicam. vnde sequitur etbica quintanā ⁊ eius causas.

¶ Et iterum ethica quando antecedit nō est lōginquū quin faciat accidere in humoribus cinereitatem quādam propter paruitatem suam in postremis ethice. et accidit illi cinereitati putredo: quare accidit febris.

¶ Hic declarat duo. Primū ꝙ quintana aliquando sequit etbicam. scōm ꝙ ipsa est mala. scōa ibi. (Et iā destruxit.) Primū ꝓbat sic. Etbica aliquādo causat cinereitatē i būoribꝫ. i. būorē paucū terreū melancolicū genitū ex būoribꝫ per adustionē ab ipsa. s. adustione factā cui būori accidit putredo. igitur causat quintanā. ꝓña tenet. cum quintana fiat ex putredine būoris melancolici pauci terrei grossi.

¶ Et iam destruxit febris ethica corpus. est ergo mala ex hoc qđ ipsa est signū adustionis humoris de quo nō remānsit nisi parum: et fit adustus parū: ⁊ ex hoc qđ ipsa ē cā additionis febris et duplicationis eius.

¶ Hic ꝓbat scōm. s. qđ ipsa sit mala et mortifera. Nā ipsa est mala ꝑ viā signi ⁊ ꝑ viā cause. igit ⁊c. tenet ꝓña. et ꝑma pars ꝓbat. nā etbica iā destruxit corꝑ⁹. ergo q̄ntana q̄ est effect⁹ eius ē mala ꝑ viā signi eo ꝙ significat būoris adustionez ex quo nō remānsit parū adustū: et significat corꝑis extremaz consumptionē. Sz qđ sit mala per viā cause. ꝓbatur. quia quintana venit̄s post etbicā est causa duplicationis fe. et augmēti etbice. nam primo erat solū etbica. nunc vero quintana est addita etbice. et sic sunt due febres. quarum vna auget alteram.

**Hic cadunt dubia** discussione digna. Primuz q̄ est materia febrīū inordinate vagantiū sequentiū febres cōpositas ꝓlongatas. Dicenduz ꝙ febres multe adinuicē cōposite sicut tres tertiane note et due tertiane cum vna flegmatica qñ habent materias habentes modos sube et quantitates suis formis proportionatas habēt periodos ordinatos suis formis et proprietatibus proportionatos. Cum vero putredine et adustione diu procedente bi humores sunt ꝑuersi in melācoliā faciūt quartanā vnā aut duas ordinate de quarto in q̄rtum affligentes. in tempore autem medio quādo isti humores sunt multum elongati scōm quātitates et modos substātie a quantitatibus et modis substantie suis formis ꝓportionatis: vt quia sunt notabiliter paucificati aut ingrossati: retinētes tn suas formas substantiales et proprietates: tūc faciunt febres inordinatas et vagantes. quia magis tardantur paroxismi quā conueniat formis et proprietatibus humorū illoꝝ. et cum hoc retardationes suorum paroxismoꝝ sunt diformes: eo qđ diformiter būores illi sunt paucificati et ingrossati ipsis diformiter resistentibus caliditati putredinali eos paucificanti et ingrossanti. materie itaq; febrium inordinatarum sunt materie diformiter magis paucificate et ingrossate per putredinem et adustionem quā conueniat formis suis substantialibus quas adhuc retinēt. Et ex his infertur ex febre sanguinea posse fieri febres diuersas: postea inordinatas: postea quartanā aut q̄ntanam: quod patet ex dictis hic et in capitulo de sinocha.

**Secundum dubium** vtrum cuz deueniatur ad quintanā precedentē etbicam aut sequentē sit necessariū preuenire quartanā. Et arguitur ꝙ sic. quia ad grossitiem maiorem et paucitatem maiorem non est deuenire nisi per grossitiem ⁊ paucitatem minorem. ergo prius erit materia incinerata grossitie et quātitate proportionata quartane ꝙ quintane. ¶ In contrarium est Auicen. dicens qđ licet plurimū super quo stant febres iordinate sit quartana tamen testificatur ipsam fuisse quintanam. ¶ Dicendum scōm Gentilem qđ licet scōm plurimū ante quintanā fit quartana cū antecedit etbicam aut sequitur: nō tamē est necessarium: cuius ratio est. quia humore facto melancolico non est necessarium ipsum putrefieri. ergo non est necessariū fieri quartanā. et iterū dum non putrefit potest fieri grossior et pauctor quā primo proportionalis q̄ntane et postea putrefieri. ergo potest esse ante etbicam ⁊ post etbicam quintana quam non antecedit quartana.

**Tertium dubium** vtrum quintane et sextane et relique possint fieri nō precedente alia febre. In quo dubio scōm Gentilem tenenda est pars affirmatiua. Nam homine remanente in apparente latitudine sue sanitatis potest humor melancolicus paulatim ingrossari et paucificari. et tardius moueri quā per quartū. ergo potest moueri per quintum diem aut aliquem ex subsequentibus.

**Quartum dubium** qꝝ ex dictis Auicē. hic de intētione Hypo. videt posse ꝯcludi sextanā ⁊ sequētes esse deteriores quintana. qꝝ sicut quintana est deterior quartana. quia humor ꝑ adustionē est magis paucificatus et ingrossatus ita sequentes ex eadē causa sunt deteriores. ꝓns ꝓtra Hyp. qui dixit quintanā esse deteriorē ceteris. ¶ Pro solutione huius dubij premittendū bmōi feb. dupliciter posse fieri. vno modo ex errore regimis sicut placuit Gal. scōo modo ex adustiōe febrili paulatim būoreꝫ melancolicū paucificante et ingrossante siue antecedant etbicam siue sequantur. tertio ex successiua paucificatione et ingrossatione humoris non quidem per adustionem febrilem. sed ex actione caloris naturalis et continentis paulatim humorem melancolicū et flegmaticuz paucificante et ingrossante homine remanente in latitudine sue sanitatis aut neutralitatis apparētis cui būori taliter paucificato et ingrossato postea accidat putredo. Posset etiam mēlia putrefieri et ingrossari per frigiditatē cōgelantē et exprimen

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tem būidū:et postea putrefieri. qno p̄missō dicitur qō si be febres p̄uenīāt p̄io modo certū est qō q̄ntana est deterioz sextana et sextana septana:et sic deinceps eo qō q̄ntana frequētius affligit. ceteris ergo paribus est deterioz:et similiter sextana septana. Si vo bmōi febres fierent.scō modo ex adustione febrili būorē paucificāte ratio facta in p̄ncipio dubiū cōcluderet sextanā et sequētes deteriores quintana.sed non est verisimile per adustionē feb.posse corpus tantū p̄sumi vt bumores ita paucificētur et ingrossentur et, faciant sextanā et q̄ deinceps quin p̄ius accidat bmoz. ideo Hyppo.dixit qō q̄ntana est deterioz cū non cōparauerit eam nisi ad quartanā et fe.inordinatas q̄ illas p̄cesserūt.et dato etiam qō et etbicus nō mozeret melācolia tamē boc modo incinerata non posset āplius ferre calorē putredinalē sufficientē ad feb. Si vero bec fe.accidat.tertio modo dicendum est quintanā esse deteriorē sextana:et sextanā septana:et sic deinceps. Primo per eandē rationē qua p̄clusum est quintanā p̄mo modo vententē esse deteriorē sextana. Itē quia paroxismus eius est intēsior q̄ p̄cedēte relolutiōe p̄tinue remanēt partes terrestriores ⁊ magis frigide:⁊ a quib⁹ pauciores vapores eleuanť.tertio quia paroxismi q̄ntane sunt longiores verisimiliter quā paroxismi sextane cuz pēdeant a pluri materia. Et similiter dico de paroxismo sextane in cōparatione ad septanā. et sic deinceps.

**Contra nouana** est longior septana. ergo paroxism⁹ nouane debet esse longior paroxismo septane tenet p̄ña.quia sicut se babet tota ad totā ita paroxismus ad paroxismū.añs añt est.Autcē.in littera de intētiōe Hyp. Et confirmať.q⁹ grossities materie plus operatur ad longitudinē quā multitudo eius vt ex textu colligi potest. Ad boc dicitur negando p̄mā p̄ sequētiā.causa eīm quare nouana est lōgior septana est. q⁹ tardi⁹ paroxismat.vnde in equali tēpore minus de materia eius consumitur Ex quo tamē non sequitur qō paroxismi sint longiores.nec sequiť grossitiē plus operari ad longitudinē quā multitudinē p̄cipue in materijs valde terreis que per putredinē sunt apte cito incinerari:quanto eīm materia est grossior et terrestrior: tanto est vicinior incinerationi. Forte tamē in materia non ita terrestri posset esse verū. male tamen grossities materie posset multitudini eius cōparari in faciendo longitudinē vnius febris totalis aut paroxismi si quis bene consideret.

Et nō oportet vt negētur egritudines quas non cōtingit videre in tēpore quodā et quadā regione.nam hoc genus non cōprehenditur per multitudinē.neq; iterum oportet vt dicatur ꝙ si est quintana:tūc necesse est vt sit materia quinta.nam melācolia generat quintanaz nō p̄pter hoc ipm quod ipsa est melancolia:immo p̄pterea qō ipsa est pauca grossa.et iam non plongatur quin sit in corporibus quibusdā melancolia grossa pauca cui accidit putredo. In parte p̄senti Auicen̄.primo cōfutat rationes Gal.scō remouet instātiā.scā ibi. (Et non cōuenit.) Rationes Ga.fuerūt due.prima ꝙ ipse nō vidit in vita sua aliquā illaz que sunt post q̄ntanā nec vidit quintanā nudā forte . ergo nō sunt ponēde.scā ratio.quia si darētur essent dādi alij būores p̄ter quatuor. Ad p̄mā rationē rndit Auicen̄.negādo p̄ñam.nō eīm opz vt negētur egritudines quas nō p̄tingit videre in quodā tpe et i q̄dā regiōe. Nocem gen⁹ nō cōprehendit per multitudinē.i.q⁹ multotiēs eueniat.cōtingit eīm bmōi fe. in quodā tpe ⁊ in q̄dā regiōe videri et nō in oībus et ita videri ab aliquo⁹ ⁊ nō ab oībus. Ad scām rationē similiter negat p̄ñam dicēs. nec opz iterū vt dicať ꝙ si aliq̄ ē q̄ntana ꝙ tūc necesse ē ꝙ fit materia q̄nta.i.q̄nt⁹ būor.nā melia gnat q̄rtanā.al. q̄ntanā nō pp̄ꝫ ꝙ ipa sit melia:imo ppea q⁹ pauca ⁊ grossa.⁊ tā nō plōgať.i.nō ē ipole q̄n sit i q̄busdā corpib⁹ melia pauca ⁊ grossa cui accidit putredo. Hic tex.apte est p̄tra Gētilē:qui vult p̄iodicationē sequi p̄petatē ⁊ formā substātialē bumoris actie p̄currētis ad motū būoris i deteriato tpe p̄cipue si text⁹ dicat, q̄rtanā sicut cōiter repiť: Iz Gētilis iuuat būc tex.esse malignatū.⁊ in antiqs libris inuenitur quintanā.apparuit enī ei bunc tex. non bene sonare p̄o opinione sua.

**Notandum** ſm gentilē p̄ declaratiōe p̄mi dicti siue rōnis ꝙ aliquādo p̄transit magna ānoz reuolutio in q̄ nō videnť aliq̄ egritudines sicut Gal.non vidit suo tpe lapidē ab intestis vt refert sexto iteriox:quē tamē Gētilis bis se vidisse dicit.ēt ipso scribēte bāc lectionē laudabilis vir magr̄ Joā. Juliani de forlivio misit ad ip̄m lapidē ad q̄titatē nucis vomitu expulsum post dolorē stōi ⁊ erat illi⁹ lapidis duricies q̄lis ē duricies gipsi ⁊ figura lapidis erat rotūda oblōga.i.figure ouatis.⁊ boc nō fuit visuz a p̄decessorib⁹ nr̄is.non tñ dz negari:imo dz cōcedi sicut monstrū raro veniēs . Ego ēt meo tpe vidi vna cuz magr̄o Bñdicto egregio doctore verone apa in iguie cuiusdā mulieris i quo erāt lapides tres ad q̄titatē castanee forme tēdentis ad rotundum ⁊ duritie gipsi:qō apa me pñte secuit. Itē vena medena multiplicať in medena ciuitate quaz Gal.nūq̄ vidit.tertia q̄rti.cap.p̄o. Item tpe nr̄o pauci aut nulli videť vermē reptātē sub cute. quē tñ Auēzoar ⁊ quidā sapiētes byspani ponūt .non sunt ergo bec a nobis negāda :imo poti⁹ nr̄a interest boz causas inuestigare ⁊ oim poliuz p̄tingere in natura sicut recte sensit Auer.primo colliget. Ego.n.credo causam materialē lapiduz de quib⁹ supra esse fla grossū ⁊ viscosū.cām aūt efficiētē ēe calorē loci in quo generātur vna cū calore mēbro rum circūstantiū cū adiutorio etiā calozis continētis qui calores etiā resoluēdo partes bumidiores residuū inspissant et indurant.figurātur enim et colorantur scōm figurā et colorez mēbri in quo generantur.binc ē qō lapides renū sunt longi rotundi rubei.figuranť etiā aliquando in locis amplis scōm figurā flegmatis qō ibi repitur. augētur autē p̄pter additionē flegmatis: qō sicut paulatim addiť et inuiscatur cū p̄existēte: ita paulatim indurať. Causaz aūt vermiū vide.xvj.tertij. cap.p̄rio.et in plerisq; locis. Sed cā cur reptant sub cute est eoz subtilitas ⁊ agilitas. Causam autem vene medene vide ab Auicen̄.loco allegato.

Notādū scōo p̄o declaratione rñsiōis scōe ꝙ si tex.Auic.dicat ꝙ melia gnat q̄ntanā nō pp̄ boc ꝙ ipsa est melia:imo p̄pea ꝙ ipsa est pauca ⁊ grossa sicut cōiter repiť:est multū p̄tra opinionē Gētilis ponētis p̄iodicationē sequi p̄petatē bumoz et formā specificā eius. Iz igiť p̄ñr dicere ꝙ melia generat quartanā inq̄tū melia:⁊ per formā specificā ⁊ p̄prietatē eius. Glosat tñ hunc textū p̄ salute sue opinionis ꝙ melia nō facit quartanā solū inquātū

¶Hic ponit cibos dicens quod aqua ordei ⁊ ordeum debite coctum et panis tritici ablutus ⁊ infusus in aqua frigida et genera lactis cum eis nisi prohibeat quod diximus:scz putredo p̄sens aut futura et lac vaccinū de quo extractuz est butyrū:qm̄ plurimū nutrit. et almes: idest robilie in vulgari veronensi dixi:et cucurbita conueniunt.⁊ de fructibus melones palestini arachij habentes colluz lōgum vt cucurbita.et apud nos cognominati indi. de his loquitur Ysaac.iij.dietarū particularū.capitu.f.de melonibus dicēs.Est aliud genus melonis qui palestinus vocatur ⁊ vulgariter saracenus cuius humiditas est minor ceteris. Et quāuis conueniant:qz frigidi ⁊ humidi.tamē prouocando vtinam et proprie scōm partē intrinsecā nocēt.Et qm̄ sentit rectificationez:qz virtus digestiua fortificatur caseus recens mollis non salitus confert. Et si virtus debilitetur cibentur iure iffidebegeti: idest brodio facto ex rebus frigidis et humidis in quibus fit coriandrū recens coctum cum eis que sunt aduragi.i.edi ⁊ altaeiugi.i.agni.licet aliqui dicāt quod sunt aues parue. Et fortasse opus est vt deꝫ parum vini permixti cum aqua multa. humefacit enim qualificatiue et substantifice. Et fortasse necesse est vt cibes cuz mosos.i.cibo acetoso ex carne aduragi.i.turturis.Et altaeiugi est similis perdici sicut coturnix aut fraquilinus: alcobugi.i.perdix.⁊ pullis.i.gallinis et similibus in sua specie.et bosune acetoso:idest iure aceto so vel cum agresta: vel cum vino granatoꝝ aceto et similibus: aut aceto coagulato.idest gelatiua ex carne edi aut vituli quando digestiua est fortis:et acetum almosos:id est ciborum acetosorum:sicut apud nosc̄postella guaceto soffrito et similibus.Et cōgelati:idest gelatina est iuuamentū eis et confortatiuū in ethica ⁊ fortasse nō est excusatio ab aqua carnis:idest succo mixto sirupo. de fructibus frigidis sicut de limone citris ⁊ similibus:aut aqua carnis misceaꝫ cum vitello oui sorbilis.Et quando sincopis timetur ex aqua carnis accepta ex lateribus edi paruz salita.que coletur et misceatur cum succo malorum idest pomorum sicut apiorum que sunt cordialia.⁊ sint ambe equalis quantitatis et quantum est decima de vino odorifero.Et potetur tepidum: idest debite calidum.

¶Aqua vero frigida que non est valde vehemētis frigoris non est malum si in potu detur eis si non fuerit debilis aut aliqd prohibens:et illud prohibens aut erit apostema sub hypocundrijs:aut erunt in corpore toto chimi putridi et chimi crudi qui omnes digestione indigent ⁊ non apparet signum digestionis.quod si appareat timor erit minor ⁊ similiter si fuerit ethica permutata ex sirsen aut birsen.nam cum hac melius est vt interdicatur potus aque frigide quam cuz alijs.Ethica enī cū superuenit egritudinibꝰ destruentibus virtutem mollificantibus eā arefacientibus ossa et carnē superuenit debilitati.Cum ergo coniungitur ei super debilitatem post sumptionez aque frigide nō moratur quin cadat in genus alterius ethice que cōmunicat huic generi in siccitate:et diuersificatur ei in calore et frigore ⁊ nominatur ethica senectutis ⁊ ethica senij.Et illa quidem est egritudo seua in qua innatus calor iam destructus est.Et similiter aqua vltimi frigoris et plurimi nocet eis in omni dispositione ⁊ corrumpit innatum calorem membrorum eorum radicalium: et fortasse festinat cum eis aut permutat eos ad modum alium ethice.

¶In hac parte agit de potu aque frigide dicens. quod aqua frigida que non est vebementis frigoris non est mala si potetur quando non fuerit prohibens.⁊ supple nō est mala quādo nō apparet signuz digestiōis:quia in ethica simplici tale signū



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

non curatur cum sit morbus immaterialis.licz apparente signo digestionis sit minor timor dare in potu aquā frigidā.Nam dato quod ethica sit immaterialis cum apparet digestio humorū non timemus lesionem per aquā frigidā sicut si essent in digesti.Nutus|concordiam vide tertio regiminis acutorum.cōmen.xliij.illius partis. Screatus opportunus.Prohibens autem aquam frigidaz aut erit apostema sub ypocundrijs aut humores putridi in toto corpore aut humores indigesti ⁊ maxime grossi.nam aqua frigida incrudādo materias magis nocet quā conferat infrigidando et bumectando ethicū.Similiter nocet ethica sequens sirsen:idest apostema cerebri ⁊ byrsen.i. apostema pectoris.nam in hoc melius est vt pretermittatur potus aque frigide quā in alijs ethicis:quia superuenit egritudinibus deprimētibus virtutē: laxantibus eam:arefaciētibus ossa et carnē. quare supuenit cum corpus est debile. Cum aūt debilitati ⁊ extenuationi cōiungitur potus aque frigide non moratur quin cadat.i.cito cadat in ethicā senectutis que est siccitas absq; caliditate febrili que est egritudo seua in qua calor naturalis tam destructus est.i.notabiliter paucificat⁹.Similiter aqua valde frigida:vt plurimuz nocet omnibus ethicis corrūpendo calorem innatum membrorū radicalium.idest nobiliuz.et fortasse festinat cum eis ad mortem.i.cito interficit propter extinctionē caloris innati:aut permutat eos ad alium modū ethice:scz senectutis cum qua possunt notabili tempore viuere.

¶De succurrēdo dispositionibus sequētibus ethicā. Cap.viij.

OE illis est sincopis ⁊ iam dixim⁹ regimen in hoc multotiens. Et de illis est fluxus vētris.et oportet vt curetur et succurratur ei. nam in ipso est timor magnus: et de curis eius in primis est vt sit aqua ordei eorum aqua sauich) et ponatur in aqua ordei eorum milium torrefactuz et gummi aut lentes elixate iterate aut lac decoctum cum lapidibus:aut cum igne solo donec cōsumatur eius aquositas et ꝑprie cū milio.

¶In hoc capitulo curat accidentia sequētia ethicam:et omissis diuisionib⁹.dicit prio quod de bis accidentibus est⁊sincopis.⁊ iam dixit regimē eius multotiens.s.in cura feb.sincopalis: et dum curauit accidētia feb. ⁊.xj.tertij.Secūdo dicit quod de illis est fluxus ventris cui oportet succurrere.nā in ipso est timor magnus cum addat in debilitatem et extenuationē neq; in aliquo potest iuuare cum ethica fit morb⁹ immaterialis. Et de cura eius est vt aqua ordei sit sauich:idest fit⁊aqua ordei torrefacti et ponatur ad buliendū milium torrefactum et gummi arabicū et lentes torrefacte.,scz semel aut iterate semper abijciēdo aquam vt amoueatur ab eis pars subtilis nitrosa solutiua:hec aq̄ est stiptica et⁊inuiscatiua:aut lac decoctum cum lapidibus fluuialibus aut supple cum ferro ignito: aut cum igne solo donec cōsumatur eius aquositas que est solutiua.et conuenit hoc lac et proprie cum millio facto ex ambobus ferculo.

¶Et potēt hos trociscos.℞Recipe boli armeni.ʒ.v. castanee torrefacte roſ. omniuz ana.ʒ. quattuor. spodij ℔arabe amborum ana.ʒ.iij.semi. acetose excorticati granorum berberorum omniū ana.ʒ.vj. fiant trociſci cum succo citoniorū:et detur in potu aqua pirorum in mane et apud somnuz: et detur in potu psilium torrefactum.et similiter suf suf de spodio in quo est bdellium de mecha est iuuatiuum valde. Et si peruenit ad excoriationem curetur excoriatio cum clisteribus que scis: quoniam illud est cōueniens.

¶Hic ponit regimē medicinale dicens quod potent bos trociscos.℞.boli ar.ʒ.v.castanee torrefacte roſ.ana.ʒ.quattuor spodij ℔arabe ana.ʒ.iij.se. acetose. excorticati granorum berberis ana.ʒ.sex fiant trociſci cum succo citoniorum ⁊ dentura.ʒ.ſ. vsq; ad.ij. Item detur in potu aqua.i.succus pirorum in mane et ante somnum vt simul somno ⁊ succi stipticitate stringatur et detur in potu psilium torrefactū vt stipticet et infrigidet:et similiter suf suf:idest puluis de spodio in quo est bdellium de mecha subquadruplum ad spodium iuuat valde stipticando:sed magis inuiscando. Et si peruenit ad dissinteriam curetur cum clisteribus que scis decimasexta tertij.capitulo de fluxu ventris cum excoriatione intestinorum.

HEc exigit tres intentiones. ¶Prima est infrigidatio et bumectatio.scōa ē resumptio.tertia accidentium correctio. ¶Prima intentio magis debetur ethice prime speciei quā scōe: ʒ secunda magis debetur ethice scōe speciei ⁊ tertie ꝓprime cū in eis fit facta mīta ꝓsumptio.ʒ nō sit cura possibilis in tertia spē:neq; in statu scōe nisi devoluerit ʒ pōt fieri aliquāta vite ꝓlongatio.Prima intētio ⁊ maxīe infrigidatio diuersificaī scōz diuersitatē intensionis ethice ⁊ tolerātiā frigidorum non aūt tm̄ diuersificaī bumectatio. Prima autez intentio duplici cōpletur regimine:scz ex rerū nō naturaliū et medicinaliuz.De prio fit prio sermo. aer sit frigidus ⁊ bumidus boni odoris ⁊ cauenda est accensio multi ignis in camera etiā tēpore bie mis.et vestes sint proportionate aeri nō multū calefacientes.in quibus aliquādo steterint sandali ⁊ cāphora et similia frigida boni odoris. Cibi⁊ potus sint frigidi ⁊ bu.multi nutrimēti et aliqualiter viscosi facilis digestionis nō prouocātes ⁊ ptendi sunt et magis in scōa specie ⁊ tertia cum sit virtus debilior quā in prima et vinū pauciferū ⁊ mediocris vinositatis scōm tempus ⁊ cōsuetudinem vnius tamē anni multū aque admixtū ꝓfert bumectando qualitatiue et substātifice lac asininū ⁊ caprinū et humanū sumptū ex vbere est proprīū quādo non ē humor putrens neq; paratus putredini. Hec obstent conditiones de quibus in aforismo. lac est dare caput dolentibus ⁊c.et aqua non multum frigida confert quando non obstant particulares cōditiones.scilicet frigiditas et humorū grossities nimia debilitas extenuatio et similes ⁊ maxime conceditur consuetis.Somnus longus confert et maxime nocturnus.et in mane educātur superfluitates naturales per conuenientes regiones. Et si venter esset siccus clisterizetur lacte oleo violato ℨuccaro rubeo:et similibus declinantibus ad frigidum et humidum. caueatur tamen magis lubricitas quā stipticitas.vitetur coitus: non exercitetur exercitio notabili: sed deambulatio. et hu-

iusmodi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tusmodi exercitia leuia conceduntur: fricationes quoq; leues completa prima digestione ⁊ scda cō ferunt trabendo nutrimentū ad membra. Sit sperans et gaudens.omnia accidētia corpus extenuā tia vitanda sunt. Regule in cibādo sunt vt ꝙ comedat precedētis cibi digestione celebrata.non toleret famē neq; sitim longam:non multiplicet cibaria in mensa vna.partiatur cibum ita vt cibum necessarium comedat in pluribus vicibus quā cōsueuit.et quanto est debilior tanto magis partiēdus est cibus comedēdo parū pro vice. Regimē autem medicinale cōplens primā intentionē est vt syrupi aque confectiōes ⁊ electuaria ⁊ similia que sumuntur sint infrigidātia et humectātia qualitatiue et substantifice:similiter que applicantur capiti dorso et iuncturis pectori maxie ex directo cordis epati sint frigida et humida ⁊ ppria mēbro cui applicantur et iteretur scōm exigentiā. Item tina et balneum faciendū modo infrascripto ⁊ balneatio in tina que est vas in quo balneātur siue sit posita in balneo quod est domus diuisa in tres casas: quarum tertia est calidior scda.⁊ scda prima:et sint omnes pauce caliditatis nō inflāmantis siue sit posita in camera in qua cubat eger oz esse plena aqua tepida decoctiōis rerum frigidarū et, humidarum in qua ethicus existens sentiat potius se calefieri quā infrigidari:sed nō multū.vas autez debet esse taliter fabricatū vt in eo homo possit sedere ⁊ cuz sedeat aqua attingat vsq; ad mentū. ⁊ debet poni in ea stomacho ieiuno:cum tamen eger sumpserit prius aliquid qō iam digestū sit prima digestione et scda:sicut aquā or.vel lac:vel ptisanā:vel panez lotum:aut aquā carnis:aut cōtusum ⁊ similia ⁊ stet in tina cōmuniter a quarta hore vsq; ad mediā:et cum steterit paruz in aqua infundat in tina vna situla decoctiōis rerum frigidarū:deinde parū post vna alia.⁊ sic deiceps donec aqua tine sit facta frigida sicut aq̄ frigida tpe estatis a sole calefacta. et prima die balneet semel.scda die bis.tertia ter. ⁊ sic cōtinue quousq; sanatus fit aut quousq; senserit se iuuari balneando se qualibet die semel aut pluries. Regimē autem balnei non differt a regimine tine nisi quia oportet ponere tinā in casa media aut tante caliditatis quod cū exuitur vt ingrediatur tinā non sentiat se calefieri aut infrigidari ab aere balnei ⁊ debet ad illam super lectica quādam portari et cōmode reportari: et cū egrediat a balneo pāno lineo tepido circūdari.⁊ postea inūgi si fuerit expediens cum oleo de cucurbita et similibus.et aliquando cum est in lecto potest lac super eo mulgeri. ¶ Secunda intētio.scz resumptio que simul cum prima exequēda est completur cum cibis et potib' iam dictis spargendo eos et intercetera vtatur electuario infrascripto sumēdo de eo inter prandiū et cenam cum oportuerit.⁊ etiam in principio prandij et cene scōm ꝙ voluerit. Re.pulparū caponū vel fasianorū .ʒ.tij.amigdalar.ℓ.ppa ratarū pinearū prepatarū aā.ʒ.ß.se.portulace se. papaueris.se.lactuce.se.endiuie ana.ʒ.ſ.margaritarum perforatarum.sandali al.ru.⁊ citrini cinamomi.ana.ʒ.ß.zucbari trium coctarū.ʒ.vſ.liq̄fiat zucbarum cum aque ros.et brodij caponis vel fasiani macri ana quātum suffic.fiat electuariū⁊ coperiatur foliis auri.posset tamē reduci ad formā solidam diminuendo carnes et reliqua humida.et addendo seu diminuendo zucbarum. et conficiendo cum aqua ro.et posset addi parum muscī ⁊ ambre si non abborret et parum croci. ¶ Tertia intentio:scz accidentiū correctio completur scōm eorum exigentiam.inter cetera corrigātur sincopis ⁊ defectio appetitus.vigilie et omnis euacuatio superflua sicut fluxus vētris vomitus sudor sanguinis fluxus per quācunq; regionē que qualiter debeāt curari perquiratur ex capitulis proprijs superius positis in regimine accidentiū.nimis em̄ prolixus essem si omnia prosequi vellem.

¶ De ethica senectutis. Cap.ix.

Ocurrit consuetudo vt dicant ethicam senectutis post febrem ethicam: et nos etiam incedamus via consueta.

¶ Vicagens de ethica senectutis primo ponit q̄d rei ⁊ q̄d nois ⁊ que corpora sint paratiora ⁊ causas scōo signa.tertio curam.scda ibi in princip.sequētis capituli.tertia in principio tertij capituli. Primum capitulum in quinq;.in pria ponit quare hic determinet de ethica senectutis.in secunda ponit quid rei et quid nominis.in tertia que corpora sint paratiora.in quarta causas.in quinta pnosticum. scda ibi (Intētio) tertia ibi.(Senes quidē.) quarta ibi.(Et cum faciens.) quinta ibi.(Et hec quidē egritudo.) In prima parte dicit quod consuetudo est apud reliquos medicos vt post ethicam febrilem determinēt de ethica senectutis quāuis nō sit febr.propter hoc volens incedere via cōsueta hic determinat de ea.

Intentio itaq; ethice senectutis est dominium siccitatis super complexionē, absq; febre:et quandoq; fit cum equalitate in calore et frigore:⁊ illud est secundū minus. Et quandoq; fit cum frigore ⁊ nominatur hec dispositio senectus et ethica senij: quoniaz corpi accidit in hora senij illud qō accidit in illa hora de adhubul et siccitate.

¶ In hac parte describens ethicam senectutis dicit qō est dominiū siccitatis cōplexionalis absq; febre que quandoq; licet raro est cum equalitate caloris et frigoris:quandoq; est cum frigore:⁊ hec dispositio dicitur senectus siue ethica senij: q: corpori accidit in hora senij: idest decrepitatis: quod accidit in ista ethica:et de adhubul. idest de ꝓsumptione et siccitate.

Et senes quidem sunt velocioris casus in eam quam iuuenes: et iuuenes velocioris casus in eam quam pueri.licet accidat in iuuenibus et pueris.

¶ In hac parte ostendens que corpora sint paratiora ad hanc febrem dicit quod senes velocius cadunt in eam quā iuuenes et iuuenes quam pueri. licet raro accidat iuuenibus et pueris.

Et causa faciens cadere in eam: aut est caliditas que resoluit et liquefacit humiditates:quare caliditas innata debilitatur ⁊ succedunt frigus et siccitas: aut est frigus dominans cum debilitate corporis: quare probibet virtutē nutritiuam ab operatiōe sua integra sicut accidit iterum in fine vite.

¶ In parte ꝑsenti ponit causas eius. Prima quia cā faciēs accidere in ethicā est caliditas resoluēs et liquefaciens humiditates:quare caliditas innata debilitatur:et paucificatur notabiliter subiectum suū:periculus diminutionē notabilē necessa

rium est ipsum diminui gradualiter et quantitatiue sicut in senib⁹:et sequitur frigiditas et siccitas Secūda causa est frigus dominās corpori debili prohibens virutem nutritiuā ab operatione sua integra.i.restauratiōe humidi tante quātitatis qō posset corpus in eadē grossitie ⁊ būiditate etbabitudine ꝓseruari sicut accidit in fine vite in quo homines superflue macrefiunt⁊ extenuātur.

¶Et de hoc capitulo est potus aque frigide non in hora sua aut super debilitatē corporis cum febre aut in dispositione aut successione exercitij resoluentis virtutem⁊ aperientis poros:et quod vocat ad attrahēdū aquā frigidā ad viscera subito.

¶Tangit tertiam causam dicens ꝙ de hoc capitulo:scz causarum etbice est potus aque frigide non in hora sua.i.debita:aut super debilitatem corporis cum feb.i.quādo corpus est factū debile ex feb. aut quādo exercetur aut quādo exercitatū est exercitio forti resoluēte virtutē:idest spūs et humidus et aperiente vias.⁊ quod vocat:idest propter omnem causam vocantem et attrahentem aquam frigidam ad viscera subito sicut potus aque post balneum et post coitum.

¶Aut vapores mali frigidi qui eleuantur ad cor et infrigidant complexionem eius.

¶Hic ponit quartam causam dicens quod vapores mali frigidi qui eleuantur ad cor et infrigidāt cōplexionē eius:que frigiditas iuncta cum siccitate est etbica senectutis.Vel melius etbica senectutis et siccitas coniuncta cum frigiditate sunt causa huius etbice.hi autem vapores eleuātur a fleg mate vitreo aut a re valde frigida corporea vel incorporea.

¶Et quandoq; sequitur euacuationes.

¶Hic ponit quintam causam etbice senilis que quandoq; sequitur superfluas euacuationes calorem innatum debilitantes.

¶Et quandoq; attrahit hanc egritudinē superfluitas in infrigidando patientes febres cum eis que bibuntur et emplastrank.

¶Hic ponens sextam causam dicit ꝙ quandoq; superflua infrigidatio febrientiū cum sumptis et applicitis attrabit banc egritudinem.

¶Et hec quidem egritudo quando confirmatur non curatur:et si esset ei ingenium esset morti ingenium.

¶In hac vltima parte ꝓnosticak.d. ꝙ hec egritudo quādo confirmak nō curak:⁊ si esset ei ingentū esset morti ingentū. ¶Pro quo notādū ꝙ per etbicam senilē confirmatā intelligit eam in qua facta est manifesta consumptio humiditatis glutinose: et si esset illi ingentū esset ingentū senectuti:⁊ per consequens morti.¶Notandū ꝙ declaratiōe prime partis ꝙ antiqui medici sicut Serapio.vj.breuiarij.⁊ Raf.xvj.continētis imediate post etbicaz febrilē determinauerunt de etbica senili tribus de causis.Prima quia cōtrariātur: cū etbica febrilis sit morbus calidus.et etbica senilis sit morbus frigidus scōm plurimū.⁊ cōtrariox cadit eadem scientia in eodem loco.Secūda q; ambe conuenīūt in eo ꝙ vtraq; est morbus siccus.licet tamē etbica febrilis sit formaliter calor.et etbica senilis sit formaliter siccitas:et propter banc conuenientiā debet esse sermo de vtraq; in eodem loco.Tertia causa:quia quidā medici nominauerūt etbicā senectutis febrē:de quib⁹ fuit Aliabas.viij.theorice.⁊ Serapio.vj.tractatu diuidēs etbicam in calidā ⁊ frigidā .i.senilē:illa tamē nominatio est impr opria: cū fe. dicatur a feruore:sz etbica senectutis secūdū plurimū est morbus frigidus. Sed vt dicit Raf.decimo sexto ptinētis scōz quandā filitudinē appellak feb.qr sicut feb.est totius caliditas ⁊ primo cordis ita etbica senectutis ē toti⁹ siccitas ⁊ ꝑmo cordis.

**Dubitatur** pro declaratione secūdi dicti. vtrū etbica senij posset esse cōiuncta feb .Et arguitur ꝙ nō .quia Auic;.diffinitēs etbicā senilē dicit ꝙ est dominium siccitatis super complexione absq; febre. ¶In oppositū arguitur quia senectus naturalis potest esse coniuncta feb. vt notum est.ergo ⁊ etbica senij :consequētia tz .qr fere omnino assimilantur ⁊ nō est differentia:quia vna est naturalis ⁊ alia preter naturam .Item pro hac parte est Gale.in libro de tabe cap .primo.

**Pro declaratione** huius dubij ⁊ sequentiū premittē dū ꝙ reperiūtur isti termini etbica febrilis :etbica senilis:tabes:marasmus . Etbica febrilis est caliditas fixa in corde aut mēbris a siccitate cordis dependens:⁊ etbica senilis ē siccitas fixa in corde aut mēbris a siccitate cordis dependens . Unde si siccitas alicuius membri vel totius prouenret ab aliquo mēbro alio a corde nō diceretur etbica febrilis.Idem diceretur de frigidate q̄ etbice senili associatur:quāuis hoc fit voluntarie dictum . Marasmus autē est consumptio humiditatis substantialis nāturalis siue glutinis:⁊ tabes est terminus sibi sinonimus.⁊ similiter marcor apō Aliabatē octa. theorice.¶Premittēdum scōo ꝙ sicut etbica febrilis habet tres species siue modos penes consumptionē humiditatū secūdarum factā a caliditate: ita etbica senilis habet tres species etbice senilis distinctas penes consumptionē humiditatum factam a siccitate.

**His premissis** dicendū nō esse dubiuz ꝙ cum quacunq; specie etbice senilis potest esse feb .cuiuscūq; generis efficiens:quia spiritus possunt acquirere calefactum esse.saltē a causa extrinseca humorali: quia humores possent acquirere calefactuz esse. Etbica quia potest caliditas pendēs a calefacto esse humoruz ⁊ spirituū figi in corde ⁊ in mēbris .¶Sed bene est dubiū vtrū acquisita aliqua ex febribus suprascriptis siccitas que est in mēbris que ante aduētū feb. dicebak etbica senilis sic debeat appellari āt alio nomine propter textū Aut.qui diffinitens etbicā senij dicit ꝙ est dominiū siccitatis super complexione absq; febre.¶Ad quod dubium dicit Gē .ꝙ siccitas in tāto gradu in quāto reperitur in quacūq; specie etbice senilis.verbi gratia.siccitas q̄ est cōsumptio ⁊ defectus humiditatis glutinose membralis pōt ꝓiungi caliditati duplr:vl caliditati q̄ est cā illi⁹ siccitatis vel calitati illi accidētaliter cōiuncte:nō tn vt cā.si quidē siccitas solidoꝝ mēbroꝝ coniungeretur caliditati que fit sua causa.tunc vel esset fiens vel esset facta .si quidē esset fiens . tunc talis siccitas dicitur tabes que idem est ꝙ marasmus coniunctus febribus colliquatiuis:⁊ ista caliditas dicitur febris colliquatiua cōiuncta marasmo siue tabi. Unde Galenus primo de differētijs febrium dicit.Ille causones que omnem cordis cōsumpserunt liquorem nō etbice sunt sed soluz marasmones vel tabide.si vo talis caliditas fit facta tunc bo aggregatū ex bac caliditate ⁊ bac siccitate et etbica tertie speciei idē sunt quoniam earum eadem est

eadem est diffinitio. Ethica enim tertie speciei est calor preter naturā factus in corde ⁊ in mēbris cuz cōsumptione vltime humiditatis. Ista etiā diffinitio est diffinitio presuppositе ficcitatis. Si vero talis siccitas dicta ethica senectutis plūgat̄ caliditati accidēt aliter que nō sit sua causa tunc est duplex egritudo. ⁊ quelibet habet suū nomē ⁊ vna ab alia nō dependet. ¶ Ad tex. Auicē. respōdet q̄ quādo dicit: qō ethica senilis est dominium siccitatis absq; feb. nō intelligit qō posset sibi coniungi: sed voluit q̄ illa proprie dicit̄ ethica senilis distincta ab ethica febrili q̄ a principio est absq; febre. ¶ Cōtra accipio caliditatē factā coniūctā accidentaliter ethice senili scē speciei quod ē possibile. vt superius determinatū fuit: et etiā de intentiōe Gal'. tunc certū est qō illa est ethica febrilis cū sit feb. facta et nō fiens: ſz nō potest dici q̄ illa sit ethica prime speciei neq; scē cum nomē non habēs ros et cambiū penes quorū distinctionē cōsumebātur prime due species ethice iam sint finite mō Auicē ne ⁊ modo notabiliter consumatur būiditas quarta per ipsam caliditatē factā. ¶ Et confirmatur ex textu Aui. Cuz ergo finiūtur isti ⁊ incipit finire humiditates que sunt diuisiōis tertie sicut incipit flāma addurere corpus licinij ⁊ humiditates eius radicales est gradus tertius. ſ. ethice febrilis. Credo itaq; hanc esse dicendā ethicam tertie speciei cum sibi competat diffinitio eius. Et consequēter dicitur posse fieri ethicā febrilē tertie speciei nō precedente prima nec scōa specie: nō aūt dicetur ethica senectutis: quia sibi nō cōpetit eius diffinitio. est enim siccitas illa cum feb. augente ipsam. ¶ Et cō firmatur. quia debet curari cura ethice febrilis infrigidādo ⁊ humectādo ⁊ nō cura ethice senectutis Propterea Gentilis superius in questione vtrum ethicus supercalefiat a cibo concedit in causonizante aliquādo fieri transitū ad secundā speciem ethice nō transeundo per primā quādo caliditas non figitur nisi cōsumpta prima humiditate ⁊ secunda a causone. tunc caliditas facta cōsumēs cābium dicit̄ ethica scōe speciei: quāuis nō consumpserit primas humiditates. ergo nisi velit esse contrarius sibi debet cōcedere in casu nostro caliditatem illam fixam consumentē humiditatē glutinosam esse tertiam speciē ethice quā nō precessit prima neq; secūda. et nō esse ethicā senilem. Et text⁹ ille Aui. Ethica senilis est dominiū siccitatis sup cōplexione absq; febre. intelligi debet absq; febre facta nō autē absq; fiente. Aliqui dicūt q̄ ly absq; febre intelligit̄ absq; q̄ febris includat̄ in quiditate ethice senilis. et scōm hunc modū oportet cōcedere quod fere cuiq; ethice febri contingitur ethica senilis quod non est bene consonum mentibus autorum.

**Secundum dubium** vtrum ethica senectutis possit eē cum equalitate in calore et frigore. Et arguitur q̄ nō. quia talis est dispositio ethice senilis qualis est dispositio senij: et senes sunt frigidi et sicci. ergo ⁊c. Secūdo q̄ in ethica senectutis non nutriuntur particule: sed quādo nō nutriuntur infrigidātur. Unde nono terapē. certissime eīm innutritionibus infrigidātur particule. ¶ Preterea infrigidatio fit in nobis defectu humidi qō est caliditas naturalis subiectū. sed hoc fit in ethica senili. ergo ⁊c. ¶ Amplius in hac parte rabi moyses qui tertia particula affo. miratur de Gal'. dicente cū tanta excellentia ficcitatis posse esse tēperamentuz in calore et frigore. ¶ In oppositum est hic Auicen. ⁊ Gal'. nono terapen. ⁊ in lib. de tabe. cap̄. primo.

**Pro solutione** huius dubij est p̄mittēdum q̄ duplex est temperamentū in actiuis. iustitiale et graduale. temperamentū iustitiale est optimarū operationū productiuū merito ꝓportionis inter qualitates actiuas tam scōm gradū quā scōm multitudinē necnō debitā ꝓportionē ad passiuas ⁊ reliqua facientia ad perfectionē operationū. Sed temperamentum graduale habet solū ꝓportionē gradualē actiuarum. ¶ Quo premisso pro solutiōe huius dubij tenenda est hec cōclusio. licet ethica senectutis sit secundū plurimū cū frigiditate pōt tamē esse aliqñ cum tēperamēto graduali in actiuis. Hec ꝓclusio est de intentiōe Aui. in hoc cap̄. ⁊ Gal'. loco allegato. Item pars prima declarat̄ ⁊ probat̄ per rōnes immediate p̄cedētes ⁊ quotidiana experiētia. Sed scōa pars de qua nō est paruū dubiū bis ꝓbatur rati onib⁹: qz vna de causis facties cadere in ethicā senilē apud Auicē. et reliquos est caliditas resoluens humiditates: quare caliditas innata debilitatur et succedūt frigus et siccitas: sed nō pōt fieri trāsitus de calore ad frigus per banc resolutionez factā nisi per mediū. ergo aliqñ erit siccitas cū tēperamēto graduali actiuarū qō certum est habere latitudinē. ¶ Forte diceret̄ hanc rōnem hoc ꝓcludere: sed in hoc temperamēto nō ꝓmanebit cum semper fit in trāsitu ratiōe ꝓsumptiōis būidi semper p̄cedētis que est cā infrigidatiōis. ¶ Cōtra cū est in tēperamento graduali pōt applicari cā calefaciens equipotēs in calefaciendo sicut resolutio humidi in infridādo. ergo corpus illud poterit in eadem mēsura graduali actiuarū ꝓseruari. añs ꝓbatur: qz posset applicari cā magis potēs calefacere quā humidi exiccatio infrigidare ⁊ minus potens. ergo equipotēs. ¶ Preterea si superfluitas in infrigidādo febrientes cuz eis q̄ bibūtur ⁊ applicātur est cā vt fiat ethica senilis cū dño frigiditatis vt dicit Aui. ⁊ ceteri. ergo mior infridatio q̄ fit ista pōt esse cā ethice senilis cū tēperamento graduali actiuarū. Tertio pōt aliqs ꝓpter debilitatē digestiue exēpli gra. sequentē raritatē texture exiccari ⁊ tñ nō gradualr infridari. ḡ ⁊c. His ⁊ ꝓsimilib⁹ concluditur veritas cōclusiōis. ¶ Sz cōtra primā ptez ꝓclusiōis ⁊ eius fundamētū instatur. seqtur q̄ ois ethic⁹ febrilis anteq; moriat̄ fieret ethicus senilis ꝓns cōtra autores ⁊ experientiā. ſz ꝓna ꝓbatur. qz būidi ꝓsumptio est cā ethice senilis. sed in morente ex ethica febrili ꝓsumit̄ būidū vsq; ad vltimum gradū cū quo nō stat vita. ¶ Et ꝓfirmat̄: qz sicut homo naturalr decurrēs per etates ꝓpter būidi exiccationē infrigidat̄: ita hoc dz fieri ꝓpt̄ ꝓsumptionem p̄ternaturalē humidi cū in vtroq; equalis fiat humidi ꝓsumptio vsq; ad gradū cum quo non stat vita. Hec rōnes sunt apparēter ꝓcludētes oēm ethicam febrilē fieri ethicā senilē ante mortez. ¶ Forte respōdetur in nullo ethico febrili ꝓpter solā būidi resolutionē calorē diminui gradualr sed solum quātitatiue. Mā cum sit factus stat sp affixus suo subo nisi occurrat cā frigida ipm extinguens. Hec rñsio est prio ꝓtra Gal'. Auic. ⁊ ceteros autores. ¶ Preterea sequit̄ ex ea calorē naturalē nō debere diminui gradualr ex decursu etatiuo cū non sit minus affixus subo suo q̄ calor ethicus. cui⁹ signū qz hō san⁹ nō magis sentit suū calorē q̄ ethicus suū. ¶ Preterea si calor naturalis diminuit̄ graduatur ex decursu etatiuo: cū calor ethic⁹ sit cōposit⁹ ex calore naturali p̄existēte et calore addito sicut dicit cōis opinio opz ethicū gradualr diminui. Dicen-

dum est ergo q̄ actio caloris resoluētis humidū ad cuius diminutionē sequit diminutio caloris i gradu est duplex. nā aliqñ magis ꝓportionabiliter resoluitur humidū quā calor gradualiter minuat: sicut exēpli gr̄a in etate iuuētutis ⁊ pueritie. aliqñ econtra sicut in etate senectutis. hoc autē accidit scōm diuersam dispositionē passi⁹ aliarū rerū actiue cōcurrentiū ad resolutionē humidi ⁊ caloris diminutionem naturalē. cū ergo in etbico febrili plus ꝓportionabiliter minuat humidum quā calor gradualiter minuat. tunc remanet etbicus febrilis. bz enim calor nimiā ꝓportionē ad humiduz. cū vero est econtra fit trāsitus ad etbicaz senectutis. Et ex his patet solutio ad duas rōnes suadētes contrarium. ¶ Ad primā dr q̄ licet in vtroq; scz etbico febrili ⁊ etbico senectutis diminuat humidum vsq; ad gradū cum quo nō stat vita. stat tamen in vno plus ꝓportionabiliter diminui humidū quā calorē in alio econtra. ¶ Ad secundā dicit. qđ tam in etbico tendēte ad mortē p̄eternaturaliter quā moriente naturaliter calor gradualiter minorat. cum quo tamē stat quod in etbico continue crescat ꝓportio caloris ad humidū aut remaneat eadē ⁊ sp remaneat febriēs: ⁊ in moriēte naturaliter decrescat ꝓportio gradualis caloris ad būiduz ⁊ sic ꝓtinue infrigidet. ⁊ sibi etbico senectutis: sz de his satis. ¶ Notandū vltimo ꝑ declaratiōe tertie partis q̄ pueri merito gradus sue būiditatis ⁊ vigore nutritiue sunt remotiores a casu in etbicā senilem quaz iuuenes: sed merito humidi multuz apti ad euaporandum paratiores sunt ad etbicā quā iuuenes. licet ab ea facilius releuentur.

¶ Signa. Capitulum decimum.

Mistis videntur signa adhybul et exiccationis et nō videt in eis incensio ⁊ inflāmatio: immo fortasse inuenīūtur frigidi tactus. et eoꝝ pulsus nō est sicut pulsus habentiū febres ethicas: immo est paruus tardus et rar⁹ nisi fortis fiat debilitas. qñ tunc incipit pulsus fieri frequens et ꝑpr̄ie in illis quibus aduenit hoc ex potu aque frigide. Et quādoq; est vrina eorū alba subtilis aquosa. ⁊ sunt in dispositionibus suis sicut senes.

¶ Hic ponit signa etbice senectutis cōia tam illi q̄ est cū frigiditate q̄ illi q̄ est cum temperamēto actiuarum ⁊ passiuarū. Primū signū. q̄ in istis apparent signa adbubul. i. cōsumptiōis ⁊ exiccatiōis et tñ nō apparet in eis inflāmatio: imo fortasse. i. aliqñ inuenīūtur frigidi ad tactū maxie qñ etbica est coniuncta frigiditati. Scōm q̄ pulsus eorū nō est sicut pulsus babentiuz feb. etbicas: immo paruus tardus et rarus nisi forte fiat debilitas quoniam tunc pulsus incipit fieri frequēs vt recuperet ꝑ frequentiam in quo deficit per parultatē ⁊ tarditatē et ꝑpr̄ie est pulsus paruus tardus et rarus in quibus accidit etbica ex potu aque frigide. ¶ Et quādoq; est vrina eorum aquosa alba subtilis ꝑpter frigiditatem ⁊ siccitatē ⁊ impotentiā expellēdi superflua cum vrina. Dixit autem quandoq;. quia cū expelluntur superflua cum vrina ingrossat. Ultimo dicit: quod sunt in dispositiōibus suis sicut senes decrepiti quia frigidi et sicci cōtracti.

¶ Curatio etbice senectutis Cap. xj.

Non adhybetur hec cura nisi cum nondū confirmata ⁊ speratur qđ nō cōformet: et cum confirmata est speratur vt postponat perditio parūper. Et canō quidē in curatiōe eoꝝ est calefactio et hūectatio. Et ex humectatione sunt balnea scōz q̄ sciuisti: que nō administrētur nisi post digestionē. nā si ipa administrent successiōe comestiōis faciunt cadere virtutē. et clisteria facta ex capitibus ⁊ pedibus et cicere cōtrito et ficubus cū melle: ⁊ camomilla de quo administret quātitas medie lib. cum vncijs. ij. olei sisamini et aliquantulo olei de been. Et administret fricatio super cibationē. et lac coctū cum lapidibus est vehemētis iuuamenti eis. et mel est vltimū in iuuamēto eorum. sicut est vltimuz in nocumēto habentū febrē ethicā: ⁊ ois cibus hūectās facilis penetratiōis velocis descensionis in quo non est viscositas sicut aqua carnis et vitelli ouorum sorbiliū. et vinum subtile odoriferū parue quātitatis est vehemēter cōueniēs eis. Et opz vt obseruet hūectatio predicta in ca. ethice. ⁊ misceatur cum ea qđ calefaciat ex odoribus ⁊ emplastris ⁊ vnctiōibus fricando ⁊ cibis alijs.

¶ In presenti parte omissis diuisionib⁹ dicit: q̄ cura bis etbicis nō est adbibēda nisi cū etbica nōdū est cōfirmata. scz per notabilē ꝓsumptionē būiditatis glutinose. Et sperat quod nō cōfirmet q: dato q̄ nō esset notabiliter ꝓsumpta humiditas glutinosa: imo dato q̄ esset etbica prime speciei: si nō est spes q̄ nō cōfirmet non dz curari. qñ enī habemus causam euidentē q̄ debeat cōfirmari dato q̄ nō sit cōfirmata: vt puta q̄ esset magna et fixa frigiditas in corde et in mēbris aut magnus defect⁹ virtutis nutritiue nō debemus eā curare. nam morituri sunt solis ꝓnosticis dimittēdi. Et tu medice nota quod nō est bonū aggredi curā egritudinum que nō sunt sanabiles. nō enī tibi deficiet scādalū dato qđ ꝑmiseris ꝓnosticū. ꝓpterea Gale. Nolite malarū egritudinū cure onus suscipe ne mali medici nomē subeatis. Dicit tñ qđ cū cōfirmat spe ratur quod postponet mors parūper. i. paruū spacium retardādo actionē causarū exiccantiū. ¶ Secundo dicit: quod cañ. in curatiōe eorum est calefactio ⁊ humectatio: quod verū est scōm plurimū. qđ si fuerit cum temperie actiuarū. et tēperies illa ꝓportionalis cōplexioni naturali etbici. nec minet lapsum in aliquā discrasiā dz cōseruari cū silibus: si vero minet lapsum adbibe contraria. Si vo illa temperies actiuarū nō sit ꝓportionata cōplexiōi etbice vide ad quā discrasiā lapsura est: et illi resiste cum cōtrarijs. Si vo ad nullā lapsura fit: reduc versus cōplexionē sibi naturalē: vt plurimū tñ illa tēperies magis lapsura est ad frigiduz q̄ ad caliđum. Ideo Aui. dicit. canō in curatiōe eorū est calefactio ⁊ hūectatio. ¶ Tertio dicit: q̄ ex rebus humectantibus sunt balnea scōm q̄ sciuisti. scđa primi. ⁊ in cap̄. de etbica febrili. q̄ nō administrentur nisi post digestionē primā ⁊ scđam. nā si ipsa administrent post comestionē nondū celebrata digōne faciunt cadere virtutē: scz digestiuā. naz trabūt spūs qui sunt

quę sunt in stomacho et circa stomachū ad circūferentiā. ¶ Quarto dicit: ꝙ clisteria facta ex decoctione capitū ꝛ pedū cum cicere cōtrito ꝛ cū ficub⁹ melle ꝛ camomilla. de qua decoctiōe administrer̄ lib. ℔. cū. ℥. ij. olei fisamini ꝛ aliquātulo olei de been. s. ab. ℥. ℔. vsq; ad. ʒ. supple cōfert: sed in hac decoctione nō ponat̄ nisi tm̄ mellis vt ꝑ vno clisteri sit. ℥. ʒ. Si eīm de eo multū ponit̄ nō finit clistere retineri. Apud tamen modernos istud clistere reputat̄ parum qm̄ facimus clistere. ℥. xviij. sed tamen cum sit paruū melius retinet̄. ¶ Quinto dicit: ꝙ post cibationem: cōpleta. s. prima digestiōe et scōa fricetur eger vt scz trahatur nutrimentū ad mēbra: sed non fortiter. ¶ Sexto dicit: ꝙ lac coctū cum lapidibus est vehemētis iuuamēti. nā per decoctionē calefit et superfluitas aquosa resoluit̄ et est boni ꝛ multi nutrimēti: cui si misceat̄ mel vel zuccarum est cōueniens. Itē mel est vltimi iuuamēti. nā est aptum in frigido corpe conuerti in bonū sanguinē ꝛ calefacere. ꝛ ita etbice febrili. qz calidū ꝛ inflāmabile valde discōuenies. vñ Gal. in de marasmo ad finem. Mel aūt in frigidis dispositiōibus ꝑficuissimuz in calidis cōtrarijssimū. ¶ Septimo dicit omnem cibum humectantē facilis digōnis nō viscosum vehemēter conuenire: qz facile a virtute supāt: et facile ad ꝓfundū corpis penetrat sicut aqua carnis vitelli ouorū sorbilū: ꝛ vinū subtile odoriferū parue quātitatis est vehemēter ꝓuenies: ꝛ nimia eius quātitas nō bene digerit̄: immo suffocaret calorē innatū: ꝛ dz esse vnius anni tm̄ medie vinositatis ꝛ bene depuratū. hec eīm sunt moderate calida ꝛ humectantia qualitatiue ꝛ substātifice. ¶ Ultimo dicit: ꝙ seruet̄ humectatio dicta in cap̄. etbice feb. et misceatur cū ea qō calefactat ex odoribꝰ ꝛ emplis et vnctiōibus fricādo ꝛ aliis cibis ꝑter iam dictos Et nota ꝙ bonū est vt mel cū sit siccū misceat̄ cum aliq̄bus humidis: ꝛ forte mel canne esset prestāti⁹ quaz mel apū. ¶ Hec cura exigit tres intentiones: scz calefactionē: humectationē ꝛ resumptionē ꝛ accidentiū correctionē. qualiter debeāt ꝓpleri ꝑz ex dictis in hoc ca. ꝛ ex ordine cure etbice febrilis.

¶ Tractatus quartus de febribus pestilētialibus et que sunt eis homogenea variolis ꝛ morbilis.

¶ De febre pestilentiali. Cap. ℥.

Cbamperius. Difficillima omnium inter morboruz causas habetur pestilentie origo de vniuersali eīm dicimus: q̄ regiones ꝛ prouincias trepido metu fatigat. Cūcta eīm in pestilētia fiunt grauissima ꝛ nihil occultatur vt in quouis morbo: multa variaq; obuentūt: amētieq; multiplices et bilis vomitus intēsioneſq; hypocūdrioruz: ꝛ labores ꝛ sudores multi et ex-

Quandoq; accidit aeri quod docuimus te in libro vniuersalium. sicut accidit aque de alteratiōe in qualitate sua ad calorē ꝛ frigus. et de alteratione in natura sua ad ꝓfundationem et putredinez sicut ꝓfundatur aqua et fetet et putrefit.

¶ Actum est in primo tractatu de effimeris. in scōo de humoralibus. in tertio de etbicis. In hoc quarto Aui. agit de febribus pestilentialibus et de variolis ꝛ morbilis que sunt homogenea febribꝰ pestiferis multiplicātur eīm in aere putrido ꝛ multotiens antecedunt pestilentiam. licet etiam in hoc tractatu ꝓ complemento scientie de feb. agat de feb. apostematum ⁊ de febribus compositis.

¶ Pro notitia dicendoruin nota quod reperiūtur isti tres termini: scz epidimia. endimia. ꝛ pestilentia. Epidimia enim apud Symonem idem significat grece quod superuentens latine. Et est dispositio aeris per quā multiplicantur morbi diuersi in vno tēpore ꝛ in vna regione. vtputa febres diuerse apostemata. fluxus ventris. ꝛ similes egritudines Endimia autem est dispositio per quā, multiplicā-

tur in vna regione egritudies vnius generis. vtputa botium in agro tridentino. vena medena in ciuitate sic nomiata. duricies splenis ferrarie: ꝛ multotiens sequūtur dispositiōes aque et aeris aut frugum illius regionis. Pestilētia ℞o est aeris dispositio per quā multiplicātur egritudines vnius generis aut etiam diuersorum vt plurimū mortales. et de hac est sermo in presenti: et dicitur pestilētia a pasco scis: qz depascit homines ad mortem. ¶ In tractatu tamē meo de pestilentia aliter sum interpretatus hos terminos: sed de nominibus non est curandum. ¶ Hec pars diuidit̄ in duas partes. in prima agit de febribus pestilētialibus. in secūda agit de variolis. secūda pars incipit in principio sexti capituli. Prima diuido in tres: in pria ponit causas pestilentie. in secūda signa. in tertia curam secūda ibi. (Hec feb. est quieta.) tertia ibi. (Summam curationis.) Capitulū primū diuido in tres partes. in prima parte ponit modum quo aer putrefit. et fit pestilens. in scōa ponit causas putredinis. in tertia parte ostēdit quomodo ex aere putrido fiant febres pestifere. secūda ibi. (Et quandoq; est illud.) tertia ibi. (Et quādoq; fit aer scōz hunc modum.) Prima iterum in duas. nam in pria ponit modū quo putrefit aer et fit pestilens. in secunda declarat. scōa ibi. (Et sicut aq̄.) ¶ In pria parte dicit: quod quādoq; accidit aeri quod docuim⁹ in libro vniuersaliū. idest in pno canone. scōa fen. de mutationibus aeris cōtra naturam sicut accidit aqua in alteratiōe sua in qualitate ad calorez et ad frigus et tu supple, ad siccitatem et humiditatem de alteratione in natura sua. idest in substantia sua ad profundationē et putredinē sicut ꝓfundatur aqua et fetet ꝛ putrefit. ¶ Pro quo notandū ꝙ Auicenna volens declarare mutationē aeris cōtra naturam declarat ipsam per mutationē aque. et hoc ideo quia aqua est nobis magis nota' quaz aer: immo antiqui aerem appellabant vacuū. secūdo de anima. Intendit ergo ꝙ tam in aere quaz in aqua est duplex mutatio. vna in qualitatibus primis. altera in substātia per quā molliūtur ꝛ ingrossantur. et de hac scōa dicit quod aer ꝛ aqua profundantur ꝛ putrefiunt et fetent. illa eīm profundatio nō est nisi ipsoruū passio. scz secundū suam substantiam quo ad omnes partes tam formales quā materiales que passio est ipsoruz putrefactio ad quā sequitur fetor.

¶ Et sicut aqua nō putrefit vllo modo ꝓpter suā simplicitatē: immo ꝓpter illud qō admisceť ei de vaporibus malis qui permiscentur. ꝛ accidit toti qualitas mala.

¶ In hac parte declarās modum secundum quem aer fit putridus dicit ꝙ sicut aq̄ non putrefit propter suam simplicitatem: immo propter illud qō admisceť ei de corpib⁹ terreis malis que scz corpa miscētur ei. s. ad minima ei⁹ accidit toti. idest aggregato ex corporibus illis et aqua qualitas mala que est calor putredinalis. similiter aer non putrefit vllo modo propter suam simplicitatē: immo propter illud quod admiscetur. ei de corporibus malis que: scilicet corpora admiscētur ei: scilicz ad minima eius et accidit toti: idest aggregato ex aere et vaporibus qualitas mala. i. putredo. ¶ Pro quo notandum quod per corpora terrea non solum debemus intelligere partes terreas sibi admixtas sed quecūq; extranea potentia putrescere aquam.

**Dubitatur** vtrum aer et aqua possint putrere. ꝛ arguitur qō sic ex quar

tremarum partium frigiditates biliosiq; fluxus: sufflatiōes tenues vrine: aliis q̄dē aquose tenues: aliis biliose aliis vero atre q̄ terrifficas habent hypostases et sublationes pessimas a naribus sanguinis distillationes est? in thorace lingue exasperate vigilie spasmi violenti. vlcera ꝑhoba ꝛ carbūculata oīaq; molesta i peste fiūt vtī toto corpore ita i facie et faucib⁹. huic nāq; victus cōperies pulcberrime instituendos vt si tēpus bonū. At si būdū fit tū victus aridus dz exhiberi: qui excedē tem humiditatem depascat̄ si vēter superior fuerit pituitosus vomitibus exinaniēdus ē: quibus ℞o sanguis redundat e vena secta detrahendus: bona est que per vrinas purgatio et queuis alia.

to metheororũ omnia putrescunt preter ignem. ¶Amplir.xxv.pblematum. pblemate.xiiij. querit Aristo.propter quid terra et aqua putrent. aer vo nõ. Soluit quod aer non putrefit. quia est mixtus multo igni. ¶In oppositum est Auicenna dicens quod aer et aqua non putrefiunt dum sunt simplicia sed dum componuntur cum rebus extraneis.

**Pro solutione** huius dubij dicendum quod putrefactio accipitur dupliciter. Uno modo proprie: et hec est passio mixti et opponitur simplici generationi mixtorum. Nam sicut mixta ex elementis componuntur ita per putrefactionem demiscentur et separantur in elementa: sola itaq; mixta putrefiunt putrefactione proprie sumpta. Secundo modo accipitur putrefactio improprie. et hoc modo dicimus aliqua putrefieri: quia in eis remanent aliqua accidẽtia putrefactionis proprie sumpte: scilicet remollitio foetor et similia. et hoc modo putrefiunt omnia elementa preter ignem. Ignis vero licet, nõ fit vere simplex sicut flamma ignis non potest putrefieri aliquo modo propter caliditatem fortem exterminantem eius humidum: et hoc est quod voluit dicere Aristoteles quarto metheororuz: quod omnia putrefiunt preter ignem putrefactione propie sumpta vel improprie. Quod autem dicitur vicesimoquinto problematum quod aer non putrefit. quia est mixtus cum multo igne intelligitur de aere existẽte in extremitate aeris: proxima igni non enim potest putrefieri cum potius comburatur a caliditate ignis sibi immixti.

¶Et quandoq; est illud causa ventorum deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis fetidis in quib⁹ sunt valles profunde. et corpora exiccata in prelio aut occisa non sepulta neq; tumulata. et fortasse est causa propinqua loco in q̃ venit. ¶Et quandoq; accidunt putredines in interioribus terre propter causas quarum euentus ignoratur et nocere faciũt aquã t aerẽ.
¶In parte presenti ponit causas putrefactionis aeris. et habet hec pars tres partes. in prima ponit causas magis propinquas. in secunda ostendit que febres sequũtur ex mutatione aeris contra naturam. in tertia ponit causas putredinis aeris et consequenter pestilentie magis remotas. secunda ibi. (Et febres quidem.) tertia, ibi. (Principium omniũ.) ¶In prima dicit Auicenna. Putrefactio aeris quandoq; est causa ventorum deferentium fumos malos ex locis fetidis in quibus sunt valles pfunde plene aq̃ fetida t ex locis fetidis in q̃bus sunt corpa occisa vel mortua in prelio nõ cõbusta nec tumulata. ¶Secũdo dicit: q̃ fortasse causa putrefaciens aerẽ est propinquitas loci in quo venit vel currit: scilicet pestilentia: et declarãs dicit: qõ quandoq; accidũt putredines in interioribus terre: scilicet proxime loco pestilenti propter causas quarum euentus ignoratur et nocere faciunt aerem et aquam illius loci ipsos putrefaciendo. Ex quo textu accipe primo quod per flatum ipsorum ventorum deferentiuz malos vapores aliquis locus sanus multum distans a loco infecto potest infici. et per hunc modũ anno isto Millesimo quadrigentesimo quinquagesimo sexto infecta sunt loca sita in littore maris adriatici per ventos deferentes vapores malos a littore opposito: scilicet sclauonie diu vexate a pestilentia. Accipe. secundo



loca proxima aliquando posse infici ex apertione aliquorum meatuum vententium ab antris subterraneis in quibus erant concluſi vapores putridi maligni qui vententes ad aerem illius loci ipsum inficiunt: immo cloaca vna diu clausa postea aperta posset infecere aerem illius loci in quo est. Harum autem causarum que faciunt putredinem in interioribus terre euentus ignoratur secundum plurimum tam a medico quam ab astrologo licet forte astrologi quandam generalez habeant notitiam. ¶Accipe tertio aquam putridam maligna putredine esse interdum causam febrium pestilentialium. Unde Auicenna secunda primi.
¶Amplius mortalitas corrumpit vegetabilia: ideo homines qui eis vtuntur corrumpuntur: idez de aqua potata licet magis proprie sequantur aerem pestilentem cum continue ab eo inspiretur. Est autẽ aer pestilens putridus cum venenositate.

¶Et febres quidem accidentes causa aeris sicci fiunt iterum causa vt eueniant febres colerice. pestilentiales vero fiũt ex aere turbido et humido. et febres in aere humido sunt pluris euentus. sed sunt minoris acuitatis et longioris spacij. in estate vero sicca pauce pluuie sunt minoris euentus et maioris acuitatis et velocioris separationis et meliora tempora sunt que seruãt naturam suam.
¶In presenti parte declarat quomodo diuerse febres sequuntur diuersam aeris alterationem: t dicit quattuor. Primum quod febres: idest dispositiones ad febres sequentes aeris siccitatem supple cum caliditate sunt cause vt eueniãt febres colerice sicut in diebus canicularibus. Secundum quod febres pestilentiales sunt ex aere turbido et humido cum malitia occulta. Tertium quod plures febres veniunt in aere humido quam in aere sicco. magis enim disponit ad putredinem. attamen sunt minoris acuitatis: idest caliditatis t lõgioris q̃ durationis humore putrente existente magis grosso. febres enim aeri proportionantur. in aere nanq̃ humido grosso pendent ab humore humido grosso: et in aere subtili et sicco econtra. Quarto dicit: qõ in estate sicca pauce pluuie pauciores eueniunt: et sunt maioris acuitatis: idest caliditatis et citius terminantur. ¶Sed nota quod febres pestilentiales licet ratione aeris humidi grossi deberent esse longe cum secundum plurimũ fiant ab humore grosso: tamen ratione ventositatis et quia secundũ plurimũ putrent humiditates cordis sunt breues ad interitum. Signum autem quod merito aeris et grossitiei debeant esse longe est: quia que sunt salubres secundũ plurimuz sunt longe. et etiam apostemata pestifera que fiunt ab humore proportionali sunt dura longe termina-
tionis. et meliora tempora sunt que seruant suam naturam. ¶Contra. autumnus humidus est melior. scõa primi. corrigit enim siccitatez estatis precedentis. ¶Dicendũ quod autũnus humidus est melior sicco. attamen seruans suam naturã est melior sicco et humido reliquis temporibus seruantibus suam naturam. verum si estas precedens nõ seruasset suam naturam: immo distemperata fuisset notabiliter ad calidum et siccum: autũnus humidus melior esset quã siccus et quam medius seruans suam naturam. t hoc voluit Aui. scõa primi.
¶Et principium

